





1. Breithaupt / Joach. Justi / Schedius  
ma de adoptivis spiritu, Hald  
1730.
2. Chryssander / Wilh. Christ. Justi /  
diff. de Fundamento Exaltationis  
Christi hominis majestatis hand  
mercenario, Rintely 1762.
3. — programma de Abstractio  
ne Christiana, Rintely 1761.
4. — diff. de Combris Josephi ac  
Marie vero. Helmstadt, 1743.
5. — diff. de Representacione Actio  
ni, Helmstadt 1746.

6. Fecht f. Joh. / Aphorismi Theologici  
de Ordine modoq; Gratiae Divinae  
in Conversione Antonini, Rostocki,  
1703.
7. Glauchi f. And. / Schediasma de  
de usu Concordiarum Bibliarum  
Lipsiæ, 1668.
8. Hase f. Chr. Godofr. / Sponlus Sanguis,  
num ad Exod. IV. et manus super  
Throne Dei ad Exod. XVII. Halle  
1753.
9. ——— Stylus Amoris prophete ex  
illis Vita erutus, Halle, 1755.
10. ——— Diff. de falso Note pro,  
phetissit, Halle 1753.
11. ——— Diff. de Muliere ambiente  
virum, ad Jerem. XXXI. Halle 1753
12. Muhly f. Henr. / De Fato Duorum  
Testium ex Apocal. XI. Liloni, 1702.
13. Neumann f. Joh. Georg. / Diff. de precocio  
Legis et Evangelij in Praxi assidue  
conjugendo. Wittembergæ 1701.

14. Neumann f. Joh. Georg f. Diff. de  
Predestinatione et Reprobatione  
Infantium, Wittemberge, 1709.
15. Optij f. Henr. f. Diff. de Statura et  
estate Resurgentium, Kiloni 1707.
16. Plitt f. Joh. Jac. f. Diff. de  
Revenientia Caini, Rinteln 1764
17. Pomarius f. Sam. f. Analysis  
Articuli III. Augustini Confessio-  
nis de Christo, Wittemberge, 1675.
18. Reuß f. Jerem. frid. f. Doctrina  
de officijs Christiani erga se-  
ipsum, Hannoie, 1742.
19. Franck / Moisstopt. f. Diff. de Christo,  
Kiloni, 1677.
20. Schwartz f. Gottfr. f. Diff. de Homine  
in statu integro ad Dei Imaginem  
creato. Rinteln 1761.
21. ————— Diff. de Deo unitrio. Rinteln  
1761.

22. Seldij s. Joh. Christoph. / diff. de  
Scriptura Sacra, Coloniæ 1661
23. Steenbuch s. Joh. / diff. exhibens Christianum  
et Christianum & Negationem sui ipsius.  
Charitate et humilitate monstrantem  
Hafnia 1736.
24. Stiebritz s. Joh. frider. / diff. de  
nomine Messie ante solem filium  
Hale 1735.
25. ————— diff. qua vario de Urim et  
Thummim ponderantur Sententiae, Hale  
1733.
26. ————— diff. qua locutus ad philipp.  
C. II. v. 1.2. Hale 1734.
27. Veneky s. Georgij / diff. quod Hominem  
ad veram Voluptatem conditum esse  
evincitur. Rerum Luvic 1743.
28. Baeharie s. Gottth. Traugott. / de  
performatijs humane Sapientie,  
Hale 1753.
29. Zenker Joh. Georg. / diff. quadrages.  
Tita, de primis p. j. quod et quo  
actionum servatoris, defusso profecto,  
de Regula, et de Poto. i. decripta  
est.



RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO PRINCIPE REGIO,  
**FRIDERICO AVGUSTO,**  
 ELECTORATVS SAXONICI HEREDE,  
 DE  
**PRAEDESTINATIONE**  
 ET  
**REPROBATIONE**  
**INFANTVM,**

PRAESIDE  
**DN. IO. GEORGIO NEVMANNO,**  
 SACRAE THEOL. D. EIVSDEM Q. PROF. PVBL.  
 DVDVM CELEBERRIMO, ALVMNORVM EPHORO  
 ET ACADEMIAE BIBLIOTHECARIO  
 GRAVISSIMO,

*DOMINO SVO, PRAECEPTORE AC PATRONO,*  
*SANCTISSIMA OBSE<sup>Q</sup>VII LEGE COLENDO,*

D. VI. MAII, A. c<sup>is</sup> I<sup>cc</sup> IV.  
 IN AVDITORIO MAIORE  
 DISSERET

AVCTOR,  
**M. CHRISTOPHORVS HENRICVS**  
**ZEIBICH,**  
 ORD. PHILOS. ADIVNCTVS.

---

VVITEMBERGAE, TYPIS CHRISTIANI GERDESIL.



CHRISTOPHERUS HUERICUS  
CHRISTOPHERUS HUERICUS

CHRISTOPHERUS HUERICUS  
CHRISTOPHERUS HUERICUS

CHRISTOPHERUS HUERICUS  
CHRISTOPHERUS HUERICUS



*Q. B. V.*

DE  
**PRAEDESTINATIONE**  
ET  
**REPROBATIONE**  
**INFANTVM.**

---

I.



Pus omnino arduum, maiusque *Difficile est,*  
viribus videtur, de Praedestina- *in hoc Theo-*  
tionis Reprobationisque doctrina *logiae capite*  
quaedam commemorare. Omnis  
omnino mecum facile existimabit  
ita, qui temporum intervalla, vel  
quae sit nostri simul seculi condi-  
tio, diligentius secum pensitabit.  
Involutum tamen adhuc magis est, suisque difficultati- *Testimonijis*  
bus innexum, in Infantum speciatim Praedestinationem,

A

eo-

## 2 DE PRAEDESTINATIONE ET

*Wagneri,*

eorundemque Reprobationem inquirere. *Tobias Wagnerus*, quando ad salebrosam eam, ut vocat, de Infantum quorundam Reprobatione quaestione animum advertit, in *Praedestinationis doctrina multa cive ex vias* esse, palam profitetur. *Inquis.* in *Ad. Henot.* pag. 419. Divum Hippomensium Praesulem haec eo iam tum tempore exercebant abunde, id quod minime reticuit, *disputare vis* mecum, inquiens, *mirare & exclama*: *O Altitudo! Ambo consentiamus in pavore, ne pereamus in errore.* *Serm. n. de Verb. Apost.* Meifnerus in iudicio tanti Ecclesiae Patris merito acquiescit, *tandem sciendum*, inquit, *quod in doctrina Praedestinationis multa lateant abstrusa & incognita*, quorum ratio exponi nequit, ideoque dicendum cum *Apostolo Rom. XI. 20. Tu, quis es homo, qui ex adverso respondeas Deo?* *Anthropol. Dec. II. Disp. 13. §. 8.* pag. 114. Sane, si nihil aliud, exempla Theologorum maximorum, qui, quando in hoc capite, Infantum speciatim Reprobatione exponenda veritantur, mox sententiam ferunt, mox, velut meliora edocti, at tamen non confirmati satis, in alia longe digrediuntur, argumenti difficultatem satis abunde probant. *Hulsemannus*, media velut ingressurus via, in tanta sententiarum varietate, medianam DEI scientiam fundamenti loco substraverat, existimans, illis saltem Gentilium infantibus, quos DEVS per scientiam illam credituros, crescentibus aetate & annis praevidisset, salutem denegandam non esse. Vid. *Breviar. Extens. c. XVI. §. 10.* At enim, in Posthumis de Gentilium Infantibus verissimam, ait, *manere sententiam Christi Job. III. nlt. ira DEI manet super ipsos p. 38.* Alibi prorsus verbis A. C. & ex assertionibus *Hunni*, *Gerbardi*, *Hutteri*, *Meifneri*, *Brochmandi*, *Giffeniusque*, nullam infantibus Gentilium in hereditate beatorum partem fore, pronunciat *I. c. pag. 369.* *Hunnius* de salute infantum Gentilium simpliciter de-

*Exemplis  
item, Hulse-  
manni,**Hunnius*

spe-

sperandum non esse, alicubi ait, modo ad DEI voluntatem, modo ad Christi meritum, modo ad conditionem culpae, quae sit in iis, provocans, Vid. in Quæst. ad Gen. c. 7. T. III, opp. p. 1505. & in cap. XIX. p. 1584. At enim, quantopere digreditur ab eo, tempore alio & loco, quando scilicet aperte profitetur: *Itaque pereunt, non tam ob mere alienam infidelitatem, sed propriam, Quæst. de Bapt.* pag. 1040. Alibi prorsus sacrarum literarum, scilicet Job. III. 18. & Apologæ A. C. auctoritate, ultimo loco assertis fidem fecit, Vid. Hulsem. Script. Posth. p. 370. Jo. Adams. mus Ofiander, postquam existimaverat ante, de Electio. Ofiandri. ne & Reprobatione r̄v̄ εξω bene & licite suspendi iudicium posse, T. VI. Colleg. Syst. pag. 133. deinceps tamen progreditur eō, ut omnibus singulisque embryonibus, r̄v̄ εξω etiam, in exordio aetatis decedentibus, salutem haud difficulter attribuat l. c. P. VI. p. 150. Imo ne in hac quidem sibi semper assertione placet, sed postquam Hulsemanni primum de scientia DEI media opinioni accessit, alicubi deinceps de Gentilium infantibus tradit, eos prævideri a DEO ut Christo minime insertos, propterea, quod, etiamsi vixissent, baptizati vero non fuissent, nec adulti ex verbo auditu converterentur; de differentia in & extra Ecclesiam natorum amplius ibidem eleganter exponit. l. c. T. I. pag. 289. Plura exempla lubens omittit.

II. Quanta vero cunque resideat hic difficultas, non Interim tamen deterremur a proposito, quin potius, quod semel coepimus, strenue persequemur. Ut Sisyphus saxum suum, quodam iure Episcopius alicubi scribit, ita nos argumentum de Praemus, destinatione volvimus ac revolvimus, recidimus semper in eundem lapidem, & veluti æstu quodam indefinenter in se reciprocante, fluimus ac restituimus per eundem controversiae alveum Praefat Apolog. contra Leydens. T. II. opp. P. II. p. 97.

## 4 DE PRAEDESTINATIONE ET

*Propter nimiam dissentientium fiduciam,*

*Propter inde emergentem usum,  
In doctrina libus,*

*In praeticiois,  
Divino iudicio sic venierantur,  
Peccati atrocitatem detestamur,*

Quanto magis licebit proinde nobis, de argumento, ad hoc caput equidem referendo, sed singulari tamen parciusque omnino evoluto, disquirere? Audacia dissentientium, Bellarmini in primis *L. VI. de Amiss. Grat. & Stat. Peccat. c. 1. seqq.* qua cum sociis peccati originalis vim ac perniciem levisimam, fereque nullam existimat, eo iam tum *B. Meishnerum* adigebat, ut de abstrusis licet eiusmodi rebus silendum minime, quin potius distinet & accurate disputandum esse, existimaret. *Anthropol. Dec. I. Disp. VII. p. 198. 199. De Pareo, Nic. Vederio, Dontelokio, Zanchio, Perkinso, Ripperto Sixto, Collocutoribus Hagienibus*, suo videbimus tempore & loco. Quanta quoefo, quamque multa sunt vel salutaris doctrinae, vel vitae religiosae praecepta, quae sic felicius accuratisque ex hoc argumento, de Praedestinatione Infantum & Reprobatione, poterunt inculcari? Aversatio originalis mali sic demum rest proponitur & Adversariorum foror, tum antiquiorum, tum recentiorum quoque compescitur. Philanthropia hinc, hinc etiam Iusticia Dei in exemplis conspicuntur; Arcana item Numinis iudicia, viasque inpervestigables saepe religiosus miramur; Oeconomiam salutis diligentius scrutamur, de sacro baptismatis fonte altius erudimur, & in variis doctrinae salutaris capitibus magis magisque confirmamur; Imo intueri sic ea demum incipimus, quae vix quaesita inter Theologos esse, antea arbitrabamur. Vsum, quem pollicetur in vita haec doctrina, quid commemorem? De pietate, qua tremenda DEI iudicia hic venerari decet, quid dicere ingrediar? *3. C. 9. & hic exclamare cogimur Rom. XI. 33.* Atrocitatem mali, vitaeque nostrae miseriam, sic demum deplorabimus, exemplo Pauli, *Rom. VII. 24.* Iustitiam DEI in parvulis perspicientes, Christi dicterium nobis in memoriam re-

revocabimus *Luc. XXIII. 31.* De felicitate nostra sic de *De felicitate*  
mum exultabimus, quod in gremio Ecclesiae nasci *con-*  
*nostra nobis*  
tigerit, ubi ad thesauros excellentissimos aditus tam fa-*gratulamur.*  
cile datur. Vox nostri Amici est: *Comedite, amici, bibite*  
*& inebriamini dilecti, Cant. V. 1.* Spiritum trahimus, ut  
mystica membra, in corpore Christi *Rom. XII. 5. 1. Cor.*  
*X. 17. Eph. I. 23. Col. I. 18.* In gremio Matris delite-  
scimus *Gal. IV. 26.* Matris, despontatae DEO, hinc *fili*  
*DEI*, hinc Haeredes & cohaeredes *Christi*, insigni felicitatis  
nostrae argumento sumus, *Job. I. 22. Rom. VIII. 17.* Haec  
& longe alia complura, ceu fructus favissimi, ex  
nostro hoc argumento decerpuntur, in quo evolvendo  
nunc sic progredimur, ut duobus velut distinctis capiti-  
bus, altero de Infantum Electione, altero de eorum Re-  
probatione agamus.

III. Dari infantum praedestinationem, neminem *DE INFAN-*  
negare facile opinaremur, nisi cum durioribus quorun- *TVM ELE-*  
dam ingenii hic conflitandum esset. *De Pontificiis* *Datur haec*  
conquestus iam tum abunde est *Gerhardus, non distinguunt, Elecio,*  
inquiens, *inter infantes, natos ex Parentibus Christianis, & Quol inpri-*  
*inter infantes, natos ex infidelibus, sed omnes promiscue emis contra,*  
*regno coelorum excludunt*, *Conf. Cath. L. II. P. III. Art. 21. Pontificios*  
*c. 6. p. 1408.* Arminianos, dici non potest, quantopere *Arminianos,*  
hic accusent Reformati. *Franciscus Gomarus* hanc in-  
primis improbat eorum sententiam, qua dicunt: *In-*  
*fantibus nullis convenit elecio, quod fide praevisa careant,*  
ap. *Grevinch. contra Ames. p. 150.* pie se credere, e con-  
trario affirmans, infantes fidelium etiam electos esse, si  
vel maxime ante usum rationis moriantur, ex formula  
foederis *Gen. XVII. 7. Ego sum DEVS tuus & DEVS*  
*semimis tui*, vid. *Gomarus in Judicio de primo Remonstr.*  
*Art. P. II. opp. p. 279. §. 14.* Ultraiectini thesin Remon-  
strantium eandem: *Infantium nec electio, nec Reprobatio*

## 6 DE PRAEDESTINATIONE ET

*Hypothesi singulari inhaerentes,*

est, ceu heterodoxam notant, cui conceptis verbis contrariae opponunt, vid. *Act. Synod. National. Dordrac.* speciatim *Judicia Theolog. Provincialium p. 99.* Pluribus Corollarium illud ceu scripturae contrarium eluditur *l.c. p. 105.* Et sane de Remonstrantibus mirandum illud non erat; Absolutam Reformatorum electionem per omnia detestabantur, infantibus vero fidem & Spiritus Sancti operationem, quae fuit in iis, denegabant, quae proinde sana magis sententia expectanda erat? *Episcopius* illud ex instituto agit, ut operationes Spiritus Sancti, sive in ingeneranda cognitione, sive dilectione & amore DEI consistant, longissime amoliatur, provocans simul, ut contra Reformatos felicius pugnet, ad *Zwinglii, Bezae*, cuius sententiae *Musculus, Faius, Alberius, Huberus* in colloquio Mompelgardensi subscriberent, autoritatem. Vid. in *Respons. ad Specim Calumn. T. II. opp. P. II. pag. 310.* Causam itidem electionis simul in hominis obedientia collocant Arminiani, eamque ex operum praevisione factam statuunt. *Scripturae pasim afferunt*, iterum *Episcopii* verba sunt, *Deum salutem decreuisse hominibus sub conditione obedientiae, P. III. Disp. §. 18.* Confer. *Apol. Confess. pasim.* Jam vero obedientiam infantibus negant; *An operationis*, pergit idem, *qua voluntatem eorum afficit, ut ament & diligent Deum, subiecta capacia sint infantes?* Et quis hoc dixerit? *Respons. ad Spec. Calumn. l.c. pag. 310.*

*Probatur*

*Ex salute aeterna infantibus*

IV. Nos vero constantissime asseveramus, infantum Electionem dari, nec uno, illud ut credamus, argumento adducimur. Aeternam infantibus scriptura tribuit salutem *Matth. XXIX. 3. & commate in primis 14. Πάνουςτα λειτουργίαν* puerulos circumstant, *l. c. v. 10.* illa vero mittuntur eis διακονίαν διὰ τὸ μέλλοντας κληγονομεῖν σωτηρίαν *Ebr. I. 14.* Effato Christi quid clarius, τῶν γὰρ τοιστῶν (puerorum) εἰσὶν ή βασιλεῖα τῷ Θεῷ, *Marc. X. 14.*

X. 14. Non est scilicet, quod *Moscorovius* neget, per Re-<sup>promissa,</sup>  
 gnum coelorum vitam intelligendam esse aeternam, de  
 Bapt. fol. 18. prius saltem illud non firmiter compro-  
 babit, quam cum *Wolzogenio*, fido alias Achate, felicius  
 consentiat, hic enim plane sententiae nostrae subscribit,  
*ad h. l. Marci*. Dantur sane infantibus ad salutem perve-  
 niendi media; Regenerantur, hinc haud dubie ad salu-  
 tem ex intentione Dei sic perducuntur, cum ordinaria  
 ad salutem via sic saltem pateat, *Job. III. 5. Infantes, quia*  
*per baptismum regenerantur & in filios DEI adoptantur, si*  
*statim in infantia decedunt, antequam malitia cor ipsorum*  
*pervertit, sine dubio salvantur, & pro Elec*tis* merito ha-*  
*bentur, Meisnerus* inquit, *Anthrop. Dec. II. Disp. 18. Qu. 5.*  
*p. 303.* Haec ergo si ita sunt, Elec*tio* infantum firmo  
 vestigio stabit, cum salvus nemo fiat, nisi Ele*clus*. Illud  
 regnum tantum aliquando possidebitur a beatis, quod  
 iis paratum est a constitutione mundi *Matth. XXV. 34.*  
 Non alia ratione DEVS salvat, quam ut illud ab aeterno  
 decrevit, nec alios salvat, nisi quos salvos fore prea-  
 vidit, quosque facturum se esse salvos, decrevit. τὸ σώ-  
 στατος ἡμᾶς καὶ οὐδὲν πρόθετον, καὶ χάριν, δοθῆσθαι ἡμῖν  
 ἐν χριστῷ ἵνα πρὸ χρέων αἰώνων 2. *Tim. I. 9.* Ex συχέω  
 Theologorum res insuper clara est: *Elec*tio* & salvatio ha-*  
*bent se ut decretum & decreti executio.* Inclusi proinde  
 decreto salvationis, haud dubie inclusi etiam sunt de-  
 creto Electionis; De infantibus facile subsumetur ex  
 supra iam tum assertis. Qui servantur eorum nomina  
 in libro vitae perscripta sunt & consignata, cum illi  
 tantum, quorum nomina ibi non inveniuntur, in sta-  
 gnum ignis coniiciantur *Apoc. XX. 25.* Infantes proin-  
 de, dum in stagnum ignis coniiciendi non sunt, libro  
 inserti, & quod tuto colligimus inde, electi sunt, siqui-  
 dem inscriptio*n* librum a praedestinatione, mente fal-  
 tem nostra distingui solet.

*Ex salutis  
causis in actu*

V. Gratia sua complectitur infantes sanctissimum Numen, eorumque miseriam, temporalem saepe maxime, uti apud Ninivitas *Jon. IV. 11.* quidni potius aeternam? velut aegerrime intuetur. Christus eos favore singulari complectitur snavissimoque alloquo ad se vocat *Mar. X. 14.* Spiritus S. aetatem tenerimam iuvat viribusque instruit, qui in Iohanne huius rei exemplum plane singulare dedit. *Luc. I. 44.* Ipsi infantes fide vera, actualique credunt, quod suo docebitur loco, quis eos igitur electos neget? *Parvulis, quibus vult, etiam non volentibus neque currentibus, subvenit, quos ante constitutionem mundi elegit in Christo.* Augustinus inquit *de Bono Perseverant. c. II.* Quae & alia Magnae Britanniae Theologi bene satis urgerent, modo ad infantum absolutam Praedestinationem inde non facile nimium dilaberentur. Vid *A&T. Dordr. p. 499.* *Sibrandus Lubertus* proinde, *Polyandro, Walaeo Tyrioque* ad stipulantibus, Remonstrantium thesi: *Infantum nulla est electio, nulla reprobatio, veriorum haud dubie opposuit: Infantum aliqua est electio, & iure quodum suo ad locum *A&T. II. 39.* Vobis facta est promissio & liberis vestris, provocavit. *Judic. Theol. Provincial. de V. A&T. Remonstr. p. 25.* Idem feret in terminis afferunt *Transisulaniae Deputati: Electio etiam in infantibus locum habet, l. c. p. 129.* Fratres porro *Utriaeclitini* iisdem id verbis exprimunt *l. c. p. 99.* Mens denique eadem *Helvetii* est, speciatim *Breitinger, Rutimeier, Becki, Mayero, Kochio, Infantum*, inquiunt, *non minus quam adulorum electionem -- negare non possumus.* Vid. *A&T. Dordr. p. 540. §. 8.* Nostrarium consensum non studiose requiro, propterea, quod perpetuus esse solet. Omnium instar sit *Hulsemannus, quosdam embryones*, inquit, *& infantes esse praedestinatos --- indubium est, in Breviario a Scherz. encl. c. XV. §. 28. p. 1066.**

*Nostratis  
Hulsemanni.*

VI. Infantum electionem etiamnum tuemur, nec Non obstat,  
 dissentientium strophis, quaecunque eae demum sint,  
 a sententia dimovemur. Quaeritur in primis illud, qui Status infan-  
 fieri possit, ut infantes sint filii irae, siquidem DEVS <sup>tum irae,</sup>  
 illos aeternae suae Praedestinationis gratia antevertat?  
 R. Si istud argumentum quidpam valeret, tum sane ne  
 ullus quidem electus foret. Respectum proinde DEVS  
 in Electione ad redemtionis & iustificationis media ha-  
 bere solet. Absolute hic nihil agitur quicquam, in Chri-  
 sto eliguntur parvuli *Epb. I. 4.* in quo sunt per fidem,  
 quaque DEO placent *Ebr. XI. 6.* Sic, qui natura filii irae  
 fuerunt, nunc filii gratiae, ob apprehensum meritum, eva-  
 dunt, qua posita conditione eliguntur, pl. vid. *ap. Hunni-*  
*um De Sacram c. 12. p. 257. seq.* Longius proinde recedi-  
 mus ab eorum opinione, qui cum Ambroſio Cathe-  
 rino, in  
 libro de ſtatu puerorum ſine baptismo decadentium, cum  
 Alberto Pighio & Hieronymo Savanorola existimant, in-  
 fantes, ſine baptismo in primis morientes, futuros ali-  
 quando beatos, naturali beatitudine & in quodam velut  
 Paradifo terreftri feliciter viſturos eſſe. Aliter, & cum  
 Gerhardo potius arbitramur: *Cauſam, quod vel quidam,*  
*vel omnes infantes non baptizati liberentur a damnatione, in*  
*mifericordia Dei & merito Chriſti ſtatuumus,* Conf. Cath. L.  
 II. P. 3. Art. 21. c. 6. p. 1408. In ſpongiam incumbit por- *Nec negotio*  
 ro Bellarmino difficultas Lib. VI. de A.G. & S.P. c. 2. qua, infantibus  
 advoco in ſubſidium loco *Apoc. XX. 6. 15.* contendere *in ſcriptio in*  
 audet, infantes, non baptizatos in primis, non habere  
 partem in reſurrectione prima, nec eſſe ſcriptos in librum  
 vitæ, quare mortem ſecundam poreſtatem haud dubie  
 in eos habituram eſſe. Falso ſcilicet aſſeritur utrum-  
 que. Commate priori nihil quicquam de infantibus  
 aſſertur; posteriori vero, de omnibus infantibus ferme  
 nū eſſe, vel faltem de non baptizatis, unde probabitur?

B

Axio-

## 10 DE PRAEDESTINATIONE ET

Axiomati suo: *Omnis, qui in infancia moriuntur, si praedestinati sunt, sine dubio baptizantur, L. de Bapt. c. 5.* unde quaeſo fidem faciet Bellarminus? Petitionibus hisce Principiorum ulterius non inhaeremus, provocamus interim ad Feurbornium *Fas. II. Disp. 7. §. 32. p. 305.* Difficile porro videtur illud circa infantum Praedestinationem, quomodo unquam potuerint esse filii irae, cum tempus illud, quo fide carent ante baptismum, & id, quo ex baptismo donantur fide, apud Deum intervallis non sint distincta? Resp. apud Deum quidem temporum haec intervalla minime, interim tamen apud nos distingvuntur. Ita igitur pronunciandum: *Toto eo tempore, quo carent infantes fide, sive ordinarie, sive extraordinarie in iis excitata, carent quoque gratia Dei & vita, quae ex Deo est, siveque, si scripturae rigorem sequamur, nec pro eleſtis habentur.* Si etiam contingat, ut in hoc statu decedant, pereunt, ex rigore, de quo modo dixi. Aliter de statu, in quo credunt existimandum est, quippe intuitu cuius electio divinitus facta est. *Vid. Hunnius*

*Nec indicium l. c. p. 258. seq.* Superest, ut de eo adhuc paucissimis infantum, sive commoneamus, si infantes sunt electi, sequetur iuxta *Piscatorem Vol. I. Loor. c. 22. p. 338.* *infantes aliquando iuxta Praedestinationem iudicatum iri,* quomodo ergo Evangelium iudicii norma manebit? *Rom. II. 16.* Resp. Hoc Piscatoris pronunciatum vel opponitur Evangelio & fidei, ut absoluta stabiatur electio, fidesque infantibus denegetur, & sic merito ceu falsissimum repudiatur; Vel fidem & Evangelium Praedestinationis decreto subordinat, quod praevia scripturarum auctoritate facere debebat, cum *gratia eligentis Dei in Christo, in verbo Evangelii sit manifestata 2. Tim. I. 8.* *Facta est electio in fidei veritatis 2. Thes. II. 13.* Et sic posito, infantes iuxta Praedestinationem iudicari, iudicabuntur tamen simul secundum

cundum Evangelium, quo decretum electionis mani-festatur, Conf. Gerhard. LL. Theol. T. IX. c. 5. pag. 162.

VII. Electos esse infantes, divina haec tenus auctori-tate induiti, credimus, eo insuper nunc progredientes, ut non modo ad infantes N. T. sed quam maxime etiam Veteris, beneficium istud divinum pertinere existi-memus. Qui invident iis hanc felicitatem, varii repe-riuntur, illi in primis, qui promissiones foederis gratio-si & gloriose vitae, a Veteri instrumento remotas longis-sime volunt. Promissa N. T. meliora esse, quam Vete-ri, quis affirmabit, nisi sententiarum divinarum oblitus?

*Ad. XXVI. 22. Rom. I. 1. 2.* quorum numero associandus Secus licet haud dubie erit Socinus in Praelect. Theol. c. V. p. 15. qui doceant Soci-co digreditur aliquando, ut praecepta V. T. non solum niani, Socinus, pro imperfectis, sed plane pro iis habeat, ue difficile sit cre-ditu, illa a DEO manare, adeo, ut vel levia, vel vana, vel su-perficioia, vel etiam stulta ac ridicula & in summa, parum DEO digna videri queant. Unde etiam necessum fuit, ibi-dem pergit, ut longo temporis tractu DEVS nunciorum co-elestium apparitionibus miraculisque evidentibus fidem per-spicie faceret, legem illam a se promulgatam esse. Ep. II. ad Andr. Dudith. p. 27. 28. In promissionis V. T. euidentis au-dacioris Magistris alii reprehenduntur. Probari non posse, DEV M, antequam Christus fuerit manifestatus, vel ulli expresse vitam pollicitum esse aeternam, audacter assertit Ostorodus Infit. c. 28. fol. 187, Smalzius ita hac de Ostorodus, re sentit, ex eo, quod Christus sit Mediator foederis Smalzius, melioris, colligi, vitam aeternam ante Christum nemini promissam esse; Negari tamen interim non posse, per-git, piros, qui ante Christum vixerint, vitam aeternam esse confecuturos, propterea, sunt, quod DEVS plus dare posset, quam promisisset, Disput. VII. contra Franz. fol. 229. Plura imprudenter admodum di-

Etia a Socino, Schlichtingio allisque Scherzerus dabit Colleg.  
Anti-Socin. Disp. 38. p. 354. seq. Monstra inde sententiarum  
quamplurima emergunt, foedus Novum promisionem  
Remissionis peccatorum attulisse demum, Ostorodus  
Institut. c. 5 p. 38. afferuit. Christum demum fuisse primum  
gratuitae remissionis praecomenem, l. c. vide cap. 21. & apud  
Smalzium, dicentem: *Nostrī coetus confitentur, & demon-*  
*strarē parati sunt validissimis testimoniis & rationibus, Chri-*  
*stum primum ac solum tantae rei (locutus fuerat de vita*  
*aeterna) fuisse praecomenem, de Divin. Christi c. 7. Arminia-*  
*ni speciatim Episcopius, mollius hic incedere ac modestiores*  
*videri volunt, ultimus contra Leydenses disputans,*  
*Remonstrantium sententiam ita exponit, quod saltem*  
*perspicuitatem promisionum de vita aeterna in V. T.*  
*negent, dicantque, nullam claram apertam, atque in ter-*  
*miniis promisionem vitae aeternae in V. T. factam esse. Re-*  
*sponsi ad spec. Calumn. Tom. II. Opp. P. II. p. 303. n. 74.*  
*Quorsum & Confessio Remonstrantium tendit, in qua legi-*  
*mus: Deum salutarem gratiam suam, ante secula destinatam,*  
*in Veteri pacto eminus, obscure & quasi per iransennam tan-*  
*tum ostendisse c. 7. th. 8. Dum vero sententias has am-*  
*plicius exquirimus, & Episcopium eo provocare, dum vi-*  
*demus, ut Autores urgeat, qui V. T. promisiones terre-*  
*stres tantummodo largiuntur, l. c. imo, dum in ipsa mo-*  
*dio allegata confessione legimus, sub rerum temporalium*  
*typo & umbra Deum gratiam suam ostendisse, collusio-*  
*nem cum Socinianis facile pervidemus, quorum quippe*  
*haec constans sententia fuit. Vid. Galov. Script. Anti-*  
*Socin. P. I. th. 102. p. 25.*

Probatur in-  
fantum &  
aliorum pro-  
missa salus  
V. T.  
Contra Soci-  
manner.

VIII. Male ageretur, uti cum omnibus, sic cum infan-  
tibus speciatim V. T. siquidem haec asserta quicquam valere  
possent. Infantum electionem & ibi adstructam firmiter  
que probatam scimus. Promisiones de vita aeterna  
quis

quis desideraret? in Lege vitam esse promissam Christi. *Dantur Pro-*  
*ftus, de consequenda vita quae situs, exprefse docet, Matth. XIX. 16. 17. Luc. XIX. 28. Hinc & Apostolo Lex praece-*  
*ptum eis Ἰωνί salutatur Rom. VII. 10. conf. Lev. XIX. 5.* *V. AE. in*  
*Ezech. XX. 2. Spes enascitur ex scriptis V. T. Rom. XV.*  
 4. quam vero tibi sobriam spem concicies sine praevia  
 promissione? eadem illa vita, quae nobis per Christum  
 est acquisita, in lege, servantibus, promittitur, cum adiutor  
 illud Legis impleverit Christus, Rom. IIX. 3. Christus  
 vero haud dubie vitam nobis aeternam acquisivit, Job.  
 X. 28. Numne Paulus locutus est saepius de promisio-  
 nibus vitae aeternae? non dubito, at enim vero hic ni-  
 hil attulit ἐκτὸς ὃν τε οἱ προφῆται ἔλαλσαν Act. XXVI. 22.  
 conf. c. XXIX. 23. Ergo & Prophetae haud dubie de illis  
 promissionibus locuti sunt. Et quid moramur? con-  
 signatae sunt eae promissiones de vita glorioſa abunde,  
 vid. Lev. XIX. 5. Deut. IV. 1. Neh. IX. 29. Ezech. XX. II.  
 Hebr. XI. 9. 10. de vita temporali plurima haec dicta in-  
 telligi non poterant, propterea, quod nemo auditorum  
 nesciebat, brevi se moritum esse. Ex V. T. Christus  
 Sadduceos, de vita aeterna dubitantes, confutat  
 Matth. XXII. 32. e Davide causam salutis ostendit Pau-  
 lus, Rom. IV. 6. 7. Ex Habac. II. 4. vita aeterna obtainen-  
 da per fidem toties monstratur, Rom. I. 17. Gal. II. 11.  
 Hebr. X. 38. quaeſo, quid inde sequeretur? omnem suam  
 voluntatem revelavit DEVS, si ergo de salute aeterna  
 nullae promissiones adſuere, numine de omnium, qui  
 in V. T. vixerunt, salute desperabimus? Absit! Causa  
 haec est, cur Smalcianus mire se torqueat, ut modo deſe-  
 rere, modo resumere iterum antiquam ſententiam vide-  
 atur C. VII. de Divin. Christi p. 27. Vid. Calov. Script. Anti-  
 Socin. P. II. p. 105. seq. & P. III. p. 185. Bona ſaltem ter- *Non ſoltem*  
 rena patribus promissa, quis crederet? Neges iis re- *de bonis ter-*  
 misio- *rribus.*

missionem peccatorum, & salutem negabis omnium,  
 καθ' ὃν τρόπον enim, uti nos, κακῶν salvi evaferunt, *Act.*  
*XV.* *ii.* quis vero de his amplius dubitet, cum tot de  
 beneficiis spiritualibus loca prosten? *Pf. XXXII.* *i.* *Psalm.*  
*XXXVI.* *8.* *Pf. CIII.* *3.* *Ez. XXV.* *8.* *c. XXIX.* *16.* *c. XXIX.* *18.*  
*c. XXX.* *18.* *Jer. XVII.* *7.* *c. XXXI.* *33.* *Ezech. XIIIX.* *32.* *c.*  
*XXXVI.* *3.* *Dan. XII.* *2.* *Oſ. VI.* *2.* *Joël. II.* *32.* *Amos. V.* *14.* *Mal.*  
*III.* *17.* Vid. plur. ap. *Thumm. in Imp. Photin. fol. 508. seqq.*  
 Quid de Episcopii fententia habendum sit nunc perinde  
 facile apparebit. De perspicuitate relativa, si loquere-  
 tur, quatenus V. T. comparatur cum N. nihil eslet,  
 quod desideraremus, qui inter umbram & corpus pro-  
 be distinguere scimus. At enim promisio[n]es de Vita  
 aeterna claras & perspicuas nullas, nullasque in terminis  
 in V. T. esse propositas, quin potius saltēm, sic genera-  
 les admittere, ubi etiam prudentiores saltēm vel fiducia  
 bonitatis DEI, vel intuitu animarum suarum earumque  
 nobilitatis, vel consideratione Enochī & Eliae exemplo-  
 rum collegissent, Deum praeter specialia ista bona, ad hanc  
 vitam pertinentia & Legibus Mosaicis comprehensa, etiam  
 alia post mortem cultioribus suis fidis largiri velle, has in-  
 quam admittere cum Episcopio L. *3.* *Institut. Seb.* *IV.* *c. i-*  
 id supra a nobis assertis sacrisque literis maximopere re-  
 pugnare profitemur. Vid. *Galov. Confid. Arminian.* pag.  
*312. seq.*

*Vindicatur*  
*Infantum*  
*V. T. electio*  
*speciatim,*

*Ob exem-*  
*plum filii Da-*  
*vidis,*

IX. His igitur superatis, pro mitiori infantū V. T.  
 fortuna pronunciamus. Haud dubie & ad eos promisio-  
 nes de vita futura pertinent, cum in genere illud supra, citra  
 exceptionem probatum fuerit; omnes igitur ceu non ele-  
 cti, minime reiiciendi erunt. De electione Davidis quis  
 dubitaret? Interim eo transferri, quorsum filio-  
 dus eius ex adulterio natus & nondum circumcisus, con-  
 cesserat, vehementer desiderat, *II. Sam. XII.* *23.* ad quos per-

pertinebat circumcisio V. T. ad eos haud dubie etiam *gra-*<sup>Ob finem</sup> *tia per eam ob-signata pertinuit, infantes vero circumcidie-*  
*bantur Gen. XVII. 7.* Sic proinde recepti in foedus, dum *Circumcisio-*  
*rebus humanis eripiebantur, fructum electionis haud dubie*  
*consequabantur. Promissionem filiis factam Att. II. 39.*  
*vel ipse Wolzogenius, dissentiens alias, cum suis, ex Gen:*  
*XVII. 7. exponit, ad b. l. tom. II. Opp. fol. 10. hic vero de*  
*circumcisione, & gratia adeo infantibus quoque promissa,*  
*sermonem esse, ex v. 10. l. c. facile demonstratur. Iudei*  
*perdite viventes, DEO tamen filios filiasque generabant,*  
*cum scilicet illi circumcisi reciperentur in foedus. Gra-*  
*tia divina perfruebantur, quantumvis idolis in sacrificium*  
*deinceps offerebantur, ut adeo nec de horum electione*  
*dubitandum esse existimemus, Ezech. XVI. 20. Institutio*  
*Circumcisio-nis, Calovius inquit, docet promissionem aeternae*  
*vitae factam esse toti populo in V. T. Cum foedus circumci-*  
*sionis ad totum populum spectarit, in quo pollicetur DEus se*  
*futurum DEV M Abrabae & semini ipsius, Gen. XVII. 7. hic*  
*sane parvulos, nemo excipiet. Script. Anti-Socin, P. II. p. 105.*  
*ib. VII.*

X. Quae obvertuntur contra V. T. de vita aeterna *Non obstanti-*  
*promissiones, ea non sunt, quae nos, meliora edos-<sup>bus Locis,</sup>*  
*turbent. Christum dici melioris Testamenti Mediatorem,*  
*Hebr. IX. 6. contendunt Socinus, Smalcarius, Oftorodus & Ebr. IX. 6.*  
*Volckelius, quasi praestantia promissorum substancialis cum*  
*circumstantiali confundenda esset. Promissiones V. T.*  
*umbbris involutae & conditionatae inde colliguntur, mini-*  
*me vero, quod nullae prorsus sint, ostenditur. Nec movet*  
*nos illud: Sanctos V. T. per fidem non accepisse promissionem,*  
*quod DEVS de nobis melius quid providerit. Hebr. XI. 39. 40.*  
*Falso quippe supponitur, ἐπιγγελίαν vitam notare aeter-*  
*nam; promissio Christi exhibendi est, Rom. I. 1. Hebr. II.*  
*2. 13. ἐπαγγελία opposita, quod discrimen aperte insinuat*

Apo-

## 16 DE PRAEDESTINATIONE ET

C. II. 3.

2. Tim. II. 10.  
etc.Omnes homi-  
nes sunt vel  
electi vel re-  
probati,Non omnes  
esse electos,  
contra Huber-  
rum

Apostolus: *nos εὐαγγελίζουσθα* (Christum scil. exhibitu annunciantes) *την πρὸς τὰς πατέρας ἐπαγγελίαν γενούμενην* (provocantes ad promissiones Patribus de Christo exhibendo factas) *Act. XIII. 32.* Nec difficile videri debet h. l. Patres non reportasse *ἐπαγγελίαν*, interprete enim vel ipso Crello, promissionem pro re promissa, Christo scil. accipimus in h. l. tom. II. Opp. fol. 198. respectu huius scilicet *κομιζόθαι* illud, sive affecatio iuxta vim vocis *I. Pet. I. 9. Col. III. 25.* locum nondum inveniebat. Rationes, quas *Epi-*  
*scopius* in contrarium afferit *Tom. II. Opp. Part. II. p. 304.* vix dignae ingenio huius viri videntur. Locus *Hebr. II. 3.* initium quidem praedicationis solennissimae & miraculis confirmatae, non vero ipsius promissionis nudae initium adstruit. Reliqua quae urget *II. Tim. II. 10. Tit. II. II. Hebr. X. I. &c.* Historicam gratiae manifestationem extollunt, V. vero T. gratiam prorsus nullo modo denegant. Pluribus de ea re disquirunt, gratiamque fidelium V. T. infantum simul velut, in integrum restituunt, *Feurbornius in Anti-Oftorod. Disp. XX. th. ii. seq. Calov. Confid. Arminian. c. XII. Hornbeck. tom. II. Socin. Confutat. fol. 359.* aliique plures.

XI. Homines quotquot dantur, quotquot vixerunt, aut vieti sunt adhuc sunt in posterum, ita omnino distinguuntur, ut vel electi sint, vel reprobati, tertii generis, qui sit, invenietur nullus. Omnes infantes annumerare reprobatis, sententia est, supra iamtum repudiata & infra pluribus elidenda; si illud igitur, infantum elecio amplius vel ex eo poterit probari. In hominibus sane distinctionem eam, in Electos & reprobatos, talem esse agnoscimus, qua Omnes in universum feliciter exhaustantur. Omnes quippe ad salutem esse electos, nemo admittet facile, nisi qui sepultas cum auctore, Hubero scil. sententias, in diversis scriptis, in confessione scil. de aeterna Praedestinatione eiusque

apo-

*apologia*, in *Responsione item ad censuram Tubingenium* aliquo infeliciter propositas, refuscitare velit. *Pauci sane Afferuntur electi sunt, Matth. XX. 15. c. XXII. 14.* ignobilia mundi non universum mundum constituant, ea vero D E V S elegit I. Cor. I. 26. Non omnes credunt, sed omnes in credentes & non credentes distribuuntur Joh. III. 18. Iam vero elegit nos D E V S in Christo, fide sc. apprehenso, Eph. I. 4. *καὶ πρόγνωσιν τῆς πίστεως, ἐν πίστει ἀληθέας II. Thess. II. 13.* haec vero conditio praevisa in omnibus non fuit. Discremen inter ἔλεγχος & ἔλελεγμένος scriptura ignorat, vocibus sine discriminē uti solet, Marc. XIII. 10. I. Cor. I. 27. vid. Schaffmannus de Praedestinat. Part. IV. l. 2. c. XX. seqq. His ergo non obstantibus homines vel electos vel reprobatos esse, indeque itidem ad infantum electionem ea, qua fecimus id supra ratione, colligemus.

XII. Parum nos movent, ac ne dubios quidem redunt exceptions quorundam, existimantium, universalitati pariter & veritati argumenti nostri ultimo loco allati, decedere multum, si Christi exemplum proferant, qui, De Christo ceu verissimus homo, nobis fatentibus vel ipsis, electis minime annumerandus esset. Afferendum illud contra varios equidem subinde fuit. Leydenenses sane in Decreto Electionis Christi, ceu capiti, primum attribuunt locum, electus enim DEI servus appellaretur Es. XLII. 1. in Synops. Disp. XXIV. tb. 24. Apertius Petrus Molinaeus: ad quaestionem, qua queri solet, utrum Christus sit electionis fundamentum? Sic censio respondentium: Christum, quatenus est homo & mediator, esse caput electorum, sed non causam electionis, cum ipse qua homo, sit electus. In iudicio de V. Aric. Remonstrant. vid. Acta Dordrac p. 400. Drentanos in Synodo Dordracena eo delabi, maximopere dolemus, quod dicant: Christum aequaliter in massa perditionis iacuisse, & tandem DEV M ipsum elegisse, ex mera gratia, sicut nos elegit.

Miramur & illud, quod eadem mente Christum in Adamo non foederaliter, sed naturaliter fuisse, alii perhibeant. Vid. Hūlsem. in Brev. Exsens. p. 366. Quanquam, si causam eiusmodi assertionum sollicitius exquiramus, mira haec adeo videri non possint, appareat scilicet Hūlsemannus inquit, *Calvinum eiusque rigidiores sectatores tantum ad absoluendam praedestinationis colorandam, quod DEVS absoluto iure agat in eligendis & reprobandis creaturis, & Christum inter obiecta Praedestinationis retulisse, in Vindic. Script. Sacr. art. VI. p. 66. 67.* Nos vero ex Scripturis longe aliter eruditissimus. De praedestinatione Christi παταχησινας accepta, qua cum Thoma Part. III. Quæst. XXIV. art. IV. ordinacionem, decreto aeterno, de incarnatione & satisfactione filii factam, intelligunt, nobis hic sermo non est, qui cautius cum Gerhardo in hoc capite loquimur. *Christus ab aeterno prae cognitus est & ordinatus ad Salutem nobis promerendam: Nos autem prae destinati sumus ad Salutem consequendam;* haec igitur sunt distinguenda. Loc. Theolog. tom. II. p. 312. Sensu proinde vocis proprio absit, ut Christum electum existimemus. Πρόγνωστι lapsus, decretum item de missione filii, electionis decretum subfert, numne ergo Christum τὸ ἄγιον illud *Lue. 1. 35.* in massa peccaminosa unquam fuisse arbitrabimur? Numne sui ipsius Servatorem credemus illum, qui in eo a V. T. Sacerdotibus differt, quod *pro delictis propriis offerre victimas primum opus non habuerit?* *Hebr. VII. 27.* Numne ad salutem, more nostro consequendam, ordinabitur ille, quem salutem promereri nobis & conferre scimus? *Hebr. IX. 12. Joh. X. 28.* Absit per omnia! in hoc capite a nobis dissentientes vel ipsi *electionem, seu Praedestinationem factam esse ex genere humano in peccatum prolapso,* concedunt, vid. act. Syn. Dordrac. c. 1. de Praedest. artic. 1. 2. 3. consentientibus in iudiciis subieclis Professoribus Belgicis, Transylvanicis, Drentanis, itemque aliis;

*Ces male  
fundata.*

*Ob rationes  
plurimas  
obstantes,*

aliis; quo proinde iure hic trahetur Christus? Causae  
hae erant, cur durius paulo Sanctitatem Servatoris vindica-  
turus Menzerus loqueretur *Triad Disput. Theolog. Disp. I.*  
*th. 122. Part. II. Opp. p. 933.* Scriptura nobis omnium mi-  
nime adversatur. Προεγνωτικός *I. Pet. I. 20.* refert dicitur  
Christus, *praescitus*, immo addimus & cum προθέσει desti-  
natus ad officium Mediatoris, quid vero hoc ad elec-  
tionem propriè sic dictam? ὅπισθεις porro dicitur filius  
DEI *Rom. I. 4.* quod vulgatus per *praedestinatus* reddidit,  
at enim nihil quicquam ad rem *praesentem* facit. Vox  
ipsa generalis est, & qualemcumque separationem, mini-  
me vero eam, quod inde probandum erat, denotat, qua  
quis ex statu perditionis ad statum feliciorem consequen-  
dum separatur, de generali illa vocis acceptione vide *A&T.*  
*XIII. 2. C. XVII. 31. it. c. X. 42.* Non dicitur, Crameri ver-  
ba sunt, τὴ προορισθέντος, sed dicitur quod Christus sit ὅπι-  
θεις definitus, seu tanquam per formam definitionis descrip-  
tus & probatus filius DEI, id est declaratus ut filius DEI, indubio  
resurrectionis suae argumento & testimonio, de *Praedest. c. II.*  
*Thes. 19. p. 50.* Ultima quippe in primis verba, ob scopum  
textus addita, incongruam dissentientium interpretationem  
eludunt. οὐσιώς ille pendere dicitur Apostolo ex  
resurrectione & morte Christi, iam vero Praedestinatio  
iuxta dissentientes a resurrectione & morte minime, quin  
potius ab ἐνδοντα divina pendet, quare vel Beza ipse cau-  
sae diffidit, per destinatum hunc locum vertens. vid. *Hül-*  
*sem. Vindic. l.c. p. 65.* prolixe itidem in enucleando hoc lo-  
co occupatur Dorscheus *Pentadec. Disp. XIII. thes. 9. seqq.*  
*p. 441. seqq.* Nunc demum prodeant infantum electionis  
inimici & quod nos de Christo, ii de infantibus pro-  
bent doceantque, eos in massa perditionis nunquam iacu-  
isse, Servatore non indiguisse etc. & tunc demum crede-  
mus cum Servatore suo infantes nunquam electos esse.

Ob nullas  
eandem con-  
firmantes.

Cea male ap-  
plicata.

*Causae dan-*  
*tur Infantum*  
*electionis;*  
*Gratia DEI,*

XIII. Omnes electionis causas in infantibus habere locum, certi plane penitusque persuasi sumus. *Gratia DEI*, sua eos haud dubie, in pernicie iacentes, Pater misericordiarum respexit, cuius voluntas est ne unicus quidem ex his pusillis pereat, dicente Christo *Math. XXIX. 14.* Gratiam accipias sive pro commiserationis affectu, quo sensu omnium maxime universalis dici meretur. *Ioh. III. 16. Rom. V. 8. II. Cor. V. 18. 19.* Sive ut Theologi loquuntur, pro benevolentia, Christi merito provocata, qua omnes homines ad salutem reducere veluti meditatur *Gen. III. 16. Ezech. XVI. 16. Act. IV. 12. Rom. III. 24. II. Tim. I. 9.* vel pro affectu cum effectu, actuali mediorum communicatione, *Eph. I. 13. 1. Cor. XV. 10.* vel denique pro continuatione gratiae afflentis, *Ela. LIV. 10. I. Pet. V. 10.* ut de aliis gratiae divitiis nihil in praesenti loquamur; accipias, inquam, gratiam sic quomodocunque consideratam, negatam infantibus eam, nulla ratione probabis. Debita tamen ea non est, sed indebita maxime; uti homini cuivis, sic itidem infantibus. Foederatorum conditionem perperam hic extollunt Arminiani, *DEV Mex aequitare naturali teneri, arbitrantes, ut iis omnibus, a quibus post lapsum denuo obedientiam sub nova conditione & pacto exigeret, quosque ob eam non parfitam, graviori poena afficere vellet, vires ad requisitem obedientiam praestandam & poenam denunciatam effugientem necessariar, vel actu conferat vel paratus saltiem si ad conferendum, vid. Remonstrant. Defens. art. IV. Act. Synod. p. 106. Item Arminius respons. ad artic. falso sibi impositos art. 9. Opp. p. 128. 129.* Quacunque ratione quamque ambiguae de foederatorum statu loquuntur, nil tamen efficiunt, quo gratia DEI debita fiat. Si per foederatos intelligas eos, quos foederis conditiones (lex fidei, uti loquuntur, ut scil. credant) obligant ex mente DEI, qui vero

*In debita ta-*  
*men,*  
*contra*

*Arminianos;*

*Non obstat*

*Foederato-*  
*rum conditio*

vero in eas ob pravitatem non consentiunt, his sane nulla debetur gratia. Dantur foedera divina, quae talia manent, licet homo consensum deneget, uti agnus Paschaloris, sacri ritus etc. hoc nomine vocantur. *Gen. XVII. 10. Exod. XII. 43. 49. Psal. LXXVIII. 10. 21. 37. Psalm. CV. 10. 36. Iob. VII. 23. Act. VII. 8. Gal. V. 123.* Denegent ergo tales foederati consensum, iure tamen subiectionis & creationis tenebuntur, gravia illa praestare, si per vires amissas non poterunt, causam amissarum virium in se quaerant, vid. *Hüsem. de auxil. grat. c. 3. p. 43. 44.* Sin vero per foederatos intelligas eos, qui per baptismum in foedus recepti sunt, quorum in *Act. Synod. p. 106.* alibique passim dissentientes digrediuntur; falso omnibus ex Adamo natis gratiam illam deberi afferunt, ad quos tamen antea foederalis gratiam pertinere dixerant, cum non omnes sic foederati sint. Imo ne ultimis quidem ulla ratione, nec infantibus proinde, gratia debetur; *DEVS tenetur nemini Rom. XI. 35.* si dicas impotentiam *Aut impotencia credendi,*

*C 3* *sed*

sed naturalis etiam necesitas adeat, qua ex impuris parentibus non alii, quam impuri filii nascuntur. Hinc adeo dum sic damnaremur, poena iusta insequeretur culpam, ea vero, dum suspenditur prorsusque etiam auctoritate, in solidum ceu indebitae gratiae divinae opus a nobis illud celebratur.

*Meritum  
Christi,*

*Fide, a Sp. f.  
exitata, ap-  
prebensum,*

*Datur enim  
in infantibus  
Sp. sicuti  
operatio,  
Quod negat  
in primis,*

*Episcopius,*

*cum,*

*Arminianis,*

XIV. In electione infantum meritum Christi suam exercere efficaciam, amplius nunc ostenderemus, nisi de universalitate eius, qua stante, nec excluduntur infantes, abunde satis ubique constet. Saltem num fide illud idem ab infantibus apprehendatur, & praevisa sic conditione hac, eorum facta sit electio, probandum erat, nisi infra ex instituto haec pertractanda forent. Spiritum S. excitare in infantibus fidem posse imo quam maxime velle, hic saltem vindicandum est a crudiori sententia illa, qua statuunt nonnulli, operationem Spiritus S. in infantibus nullam dari. Causa simul cur in hanc opinionem labantur, ea est, quod cum Curcellaeo existimant, eos non esse incredulos, qui de Christo nihil audiissent, ignorantes potius, (quos ignorantia invincibilis excusaret) quam infideles hos esse vocandos Institut. lib. 7. c. 11. th. 2. Nihil quod peccati rationem habeat, quodque Deo illos exoscos reddat, infantibus inesse idem agnoscit. l. c. lib. 3. th. 11. cap. 17. Huius sententiae subscribit in primis Episcopius, ad Zwinglium, Bezaniosque provocans, ut inde probet, subiecta regenerationis capacia infantes non esse, Resp. ad specim. column. tom. II. opp. Part. II. p. 310. Quae- rit ibidem, cuiusnam operationis Spiritus S. capaces sint, & negatis operationum specibus, demum subiicit: *Cuius ergo & qualis tandem operationis Spiritus S. capaces sunt infantes?* detur eius operationis aliqua certa species, aut definitus modus, ut intelligatur, quod dicitur, alioquin quodvis singi potest. l. c. pari fiducia negant Arminiani reliqui, iustitiam

stitiam originalem in infantibus instaurari propterea, quod & huius operationis spiritus S. capaces non sint, id quod afferunt in terminis. *Apol. fol. 87.* Ab omnibus *Scripturae dicatum de-*  
*hinc longius abimus, qui ex sola fide, opere spiritus S. serens,*  
*infra fuis demonstrando, contrarium facile adstrem-*  
*mus. Actus sane gratiae spiritus S. applicatrix est, re-*  
*generari; hoc vero infantibus contingit, dum baptizan-*  
*tur, *Iob. III. 5. Tit. III. 5.* Si sine spiritu S. nemo ne Do-*  
*minum quidem appellare Iesum potest, *1. Cor. 12. 3* quan-*  
*to minus sine eodem spiritu poterit inducere Christum?*

Iam vero *quorquot baptizati sunt, Christum induerunt Gal.*  
*III. 27.* Laudare DEVM, ratione ipsi probata, effectus non  
 naturae, sed spiritus S. est, cum, eeu opus bonum, sit a  
 fide, fides vero a spiritu S. iuxta locum allegatum, *1. Cor.*  
*XII. 3.* Laus vero haec infantibus aperte tribuitur *Psalms.*  
*VIII. 3. Conf. Matth. XXI. 16.* Ubi adversarius spiritus S.  
 habitat, ibi Angeli non sunt, nam *διὰ τοὺς μέλλοντας*  
*κληρονομεῖν σωτηρίαν* emituntur. *Ebr. 1. 14.* Iam vero  
 infantes Angeli comitantur, *Matth. XIIX. 10.* Spiritus E. malignus hic abest, divinus vero spiritus inhabitat,  
 cum altero absente, alter subinde adsit, vid. *1. Sam. XVI.*  
*14.* Operationes proinde spiritus S. in infantibus haud  
 dubie admittimus, qui caeteroquin nec de altero illo  
 dubitamus, Iustitiam scilicet originalem in infantibus  
 perinde renovari. *Cum per baptismum, Calovius ait, qui*  
*est lavacrum Regenerationis & Renovationis spiritus S. (in-*  
*fantes) non tantum regenerentur, sed etiam renovari incipient,*  
*oparet suo modo in infantibus sp. S. reparare institiam, quam*  
*in omnibus DEVS operari intendit, squidem omnium misereri*  
*velit.* *Confid. Armin C. VII. 5. 19. p. 200.* Argumenta, *Minus accu-*  
*quae h. l. obvertit Episcopus, ita sunt comparata omnia, rate probans.*  
 ut vel operationem talem, quae est in adultis, vel eti-  
 am talem, quae per actus externos erumpit, deside-  
 ret,

ret, quarum nullam sic semper adesse in infantibus, lubentes profitemur. Vid. *Episcop. l. c. p. 310.*

*Non datur  
in infantibus  
Gratia Ele-  
ctionis singu-  
laris,  
Contra,*

*Pontificios,*

XV. Summa est gratia, qua hactenus perfruuntur electi infantes; interim tamen propter hanc electionem electionis singularis & omnibus electis non peculiaris quaedam & prorsus singularis gratia est attribuenda. Largimur, effectum gratiae, pro conditione ac diversitate subiecti posse singularē esse & intuiu alterius, excellentiorem; At gratiae ideo ipsius diversitatem & singularitatem admittere minime debemus Nonnulli in hac sibi sententia admodum placuere. Pontificiorum asserta hic luculenta protestant. Bellarminus de casu, cum inter duos, in aliis ceteroquin pares, eodem modo, tempore ac loco tentatos, alter vinceret, alter succumberet, sententiam latrurus, ad inspirationem divinam provocat, quam praevideret DEVS ab aeterno per arbitrii vires, ab altero vero non per easdem admissum iri, Pelagianis sic simul & Reformatis favens, Cramer. de Praedest. p. 46. Iesuitarum gratiae Congruitas, quos Congruentarios ideo Hülsemannus vocat l. citand. p. 276. attemperata ad hominis appetitum, circumstantias loci & temporis, a DEO praevisas, itidem huc spectat. Intelligi quippe haec, secundum Hülsemannum, non potest, nisi vel entitati gratiae addatur ex praedestinatione DEI maior quaedam vehementia & intensio: Et vicesim voluntati hominis electi, peculiaris quaedam capacitas admittendi singularē hanc gratiam: vel, si gratiae in se non additur maior vehementia, sed tantum eius efficacia ex eo promanat, quod loco & Tempore congruis adhibetur, inevitabiliter sequitur: efficaciam oriri ex contemplatione naturali voluntatis humanae electoram & gratiae convertentis, quicquid etiam praetexant Iesuitae. De Auxil. Grat. p. 275. seq. Hucusque progrediuntur, qui congruentiam ex suppositione divinae Praedestinationis fingunt, cum pu-

tant, DEVUM ita attemperare motus gratiae suae hominis intellectui & voluntati, ratione loci, temporis aut modi proponendi, ut, quando tales immitterentur conceptus, homo infallibiliter converteretur, ceu per beneficium Electionis proprium, quo destituerentur reprobi, apud quos scilicet talis attemperatio divina minime fit. Profixe in hac sententia inculcanda versatur *Bellarminus L. L. c. 12. de Grat. it. c. 13. & 14. ad stipulantibus Tannero, Sverezio, Contzemio aliisque.* Cum nimium ab hac congruitate efficaciam praedestinationis suspendant, siquidem *Bellarmino modo Beneficium solis electis proprium l.c. c. 13. modo effectus Praedestinationis l.c. L.V. c. 2. modo conditio conversionis l.c. c. 12.* appellatur; mirum non est, *Iansenium* prolixe, nec contradicentibus quidem *Bullis Pontificis,* *Iansenii libris alias oppositis,* nec *Petavio item in Elencho indignante,* Augustinum suum ab hac sententia (hunc enim in partes in primis vocant) liberasse. Vid *Hulsem. l.c. p. 271.* Reformatos nunc etiam in numerum dissentient collocamus. Ad gratiam electorum singularem provocat *Steinius Aphor. 33. Voluntates electorum auditorum Christi efficaciter a Deo determinatas fuisse ad bonum,* Pareus prohibet *contr. Bellarm. de Grat. p. 163.* subtiliores, dum hodie gratiam sufficientem & efficacem in terminis adeo aperte inculcare nolunt, subordinant tamen hanc illi, eamque modo *τερψικάρδιον, intrinsece* (cum Scholasticis) efficacem, *victricem, triumphantem,* cum Augustino, *specialem, peculiarem, abundauem* cum suis vocant, qua *DEVS quosdem homines potenter, non violenter, sed suaviter convinceret, & ad obsequium steleret.* Sine periculo porro *Arminianos, Apolog. Remonstr. fol. 183.* quam ingenuam confessionem scienter admodum in rem suam, ut electionem pauc-

D rum,

rum eamque absolutam probent, convertunt *Calvinistae*  
*Drentani Act. Dordr. p. III. Art. 4 p. 300.* Ultimum quidem inter  
 dissidentes denuo volumus esse *Bellarminum*, sed praeci-  
 pium tamen simul, propterea, quod speciatim pro in-  
 fantum electorum peculiari gratia depugnet. *DEVM sc.*  
*peculiaria quaedam dona*, fingit, *in conceptione & nativitate*  
*electorum ab utero ipsis indere, qualia apta videret olim fore,*  
*ad gratiam illam acceptandam, quam in tempore oblaturus*  
*erat. L II. de Grat. c. 13. Ad. 4.*

*Improbatur ea Gratia singularis, Quod ad omnes electos ex dictis,* XVI. Valeant interea dissidentes, nos ab eorum sententiis longius digrediemur. *Gratia communis est, quia media electis & reprobis oblata, sunt in se aequae efficacia.* Idem semen, eiusdem entitatis specificae & formalis, aequae itidem in se efficax est, quod in petram cadit & quod terrae frugiferae committitur; diversitas eventus a subiecto recipiente, quadruplici terra, non vero a quadruplici nomine, quod Christus nullibi commemorat, dependet. *Marth. XIIII. 3. seqq. Luc. XXIX. 5. seqq.*

*Marth. XIII. Eadem specie esculenta & potulenta in nuptiis regius apponuntur, diversa conditio convivarum, diversum effi-*

*Matth. XXII. cit eventum Marth. XXII. 4. seqq. Gratiae divinae, ac si singularis satis non esset, imputari minime debet, cum, quod Deus intendit, consequi non potest. Gratiam singularissimam, & eam, qua maiorem ne ipse invenire Deus quidem potest, homines reiiciunt; Quid faciam amplius vineae meae, quod non fecerim illi? quare ergo,*

*Ef. V. Exemplis, dum uvas expecto, labruscas fert? Ef. V. 3. Quid amplius dicam? Ne miracula quidem, summa gratiae haud dubie singularissimae documenta, assensum semper & ubique evincunt. Intueamur Iudeos in deserto extintos, eos sane non prodigia Egypti, non cibus miraculosus, non tonitrua in monte, non nubes & ignis, praesentiae Dei singularissimae testes, non coetus seditiosi interitus, non fer-*

serpentes &c. poterant emollire, vid. *Num. XI. 1. &c. c. XIV.*  
 36. c. *XVI. 32. &c.* Miracula, quae Corazin, Bethsaida &  
 Capernaum videbant, vel ipsos Sodomeos, Tyrios inpri-  
 mis Sydoniosque reducere ad mentem faniorem potuif-  
 sent; Et tamen ibi nihil efficiebant, *Mattb. XI. 20.* E. nec  
 gratia mire singularis pro fundamento electionis & cau-  
 fa subfterni debet. vid. *Schomerus in erudit a de semipraede-*  
*finat. latitudinaria Diff. §. 29.* Ordo fane, quo hic pro-  
 greditur DEVS, si innotescat, lucem non exiguum ac-  
 cendet. Homo quisvis naturaliter reluctatur *Rom. VIII. 7.*  
 Cuilibet vero homini illud datur, ut ab actu, licet non  
 ab habitu huius repugnantiae cessare possit, id quod pri-  
 ma gratia Theologis quibusdam appellatur, qua, si prior  
 alia adhuc concipiatur, progressus fieret in infinitum.  
 Hoc omne ergo, quod diximus iam, DEI opus est, *Phil.*  
*II. 13.* quo admislo, & cessante repugnantiae actu, homo  
 in statu gratiae ulterius ulterius crescit. *Terra auto-*  
*quætrum producit herbam, deinceps aristam, spicam porro & de-*  
*nique frumentum Marc. IV. 29.* Vides, unde sit status ho-  
 minis gratiosus & gloriosus deinceps? non fane a defe-  
 ctu gratiae, sed qualitate subiecti recipientis. Reprobis di-  
 vina gratia, tempore etiam prorsus opportuno medicinam *ex gratia fin-*  
*gulari repro-*  
 quaerit vid. *Ier. VII. 25. c. XI. 7. c. XXV. 4. c. XXVI. 5. c. XXIX. 19. c. XXXV. 14.* tempus in primis matutinum, ad quod hic *bis quoque data,*  
 provocatur, temporis opportuni, indicium est *Psalms. V.*  
*4. Psalm. 46. 6. Marc. IV. 27.* Eadem fores fatuis virginis-  
 bus patent, quam quae prudentioribus, *Mattb. XXV. 10.*  
 13. Eadem gratiae divinae divitiae exhibentur Iudea,  
 quam quae reliquis Apostolis. Nihil est, quod vineae  
 suae sterili admodum DEVS ulterius faciat *Ez. V. 3.* Spe-  
 ciatim infantibus electis in conceptione & nativitate da-  
 ta peculiaris gratia improbatur periende. *Omnis inui-*  
*tes, quoad infan-*  
*tes ibi facti sumus Rom. III. 12. Quis te discernit? 1. Cap.*

*V. 7. Quid quaeſo ſic aliud ageremus, quam quod cum Pelagio, Arminii Weigeliique aſteclis gratiam quandam connaturalem instaurandam denuo ſuſciperemus?*

*Non obſtant,  
Effectus non  
inſecutus.*

*Gratia perſe-  
verantiae ab-  
ſens.*

*Lata ſcrip-  
turae varia,*

*Non ſoli in-  
fantes ſiſar  
eximie pro-  
destinati,*

XVII. Nihil efficiunt diſſentientes dicendo: Reprobri non fortiuntur eventum, quem Electi, E. his gratia magis singularis datur. Resp. a ſubiecto id provenit, minime vero a gratia. Caro Christi eft & manet vivifica *Iob. VI. 51.* & tamen a quibusdam ſumitur ad iudicium *Corimb. XI. 27.* femini, ſi exureſcat in fundo arenoso, quiſ vim plasticam ideo negabit? Dicis: gratiam perseverantiae non habere reprobos, E. vel haec gratia singularis in electis foret. Resp. Fatemur, habitu & inexitentia in reprobis hanc gratiam non eſſe, interim tamen & iis communis eſt intentione & oblatione divina. Papa neminem ordinat Epifcopum, ſi recuſaverit quatuor minores ordines subire: DEVS talenta decem conſerre recuſat, qui unum male collocavit, *Matth. XXV. 29.* Denegata faltem reprobis ſpecialis haec gratia numquam fuſit, licet eventualiter ſua culpa ea deſtituantur. vid. *Hülfem. l. o. p. 321.* Quae Auguſtino, contra Pelagiūm vehementius diſputanti exciderunt, quaeque a Belarmino urgentur in primis, ea ſoluta videri poſſunt ap-

*Hülfem. l. o. p. 284. ſeqq. & in Breviar. p. 990. ſeqq.* Loca omnia ſcripturæ, recentiori diſſentienti Reformato, eruditio niſ ac modeſtiae laude excellentiſimo allegata, *Pſalm. 119. 18. Eph. I. 27. 28. Lue. XXIV. 45. Aſt. XVI. 14. Ez. XXXVI. 26. Pſ. LI. 12. Eph. II. 10. Iob. III. 5. 1. Pet. I. 3. Iob. VI. 44. Eph. I. 19. 20. &c.* gratiam eam loquuntur quidem, quae primam in electis conſequitur, minime vero tamē, que reprobis propria fieri non potuſſet, nece tamē, quam DEVS omnibus offerre non intendiſſet.

XVIII. In infantum eleſtione DEVS προγνώστει ſua quidem, uti in omnibus electis ad aliquid in iis reſpexit;

At

At enim meritorum nihil quicquam observavit, siquidem intuitu operum nemo praedefinatur. Repugnant ex meritis, varii, Pontificii primum, dum antiquiores, tum recentiores, qua de re videantur *Alexand.* *Aleij.* P. I. Qu. 28. n. 3. *Pontificios.* Vasquez. *Disp.* LXXXIX. c. 2. *Iesius de Praed.* *Sect.* I. *Becan. de Praedef.* *Disp.* 79. c. 14. Qu. 4. *conf. Thom.* P. I. q. 23. Art. 5. S. *Respondeo.* Stapleton. in c. Rom. IX. Pighius L. 8. *de Lib. Arbitr.* c. 2. Ita scilicet hi omnes Pelagi vestigia premunt, contra quem *Augustinus de Praedefinitione Sanctorum* tantopere depugnavit. Videntur ab hac opinione interdum recedere velle, vid *Bellarmin. de Grat.* & *Lib. Arbitr.* L. II. c. 10. *Tannerii Theol. schol.* T. I. *Disp.* 3. dub. 3. Esthius itidem in c. IX. Rom. At enim stante hypothesi eorum, per opera nos salvari, stabit etiam sententia, ex praeviosis operibus hominem praedefiniri; Propter quas causas enim DEVS salvat, propter easdem etiam ab aeterno elegit. Vid. pl. ap. *Schaffman. de Praedef.* L. H. P. III. c. 14. p. 264. *Hulsem. D. de orthodoxia divinae Scotum quer.* ab aeterno praedef. p. 4. f. & p. 13. §. 9. *Scotum quandam dam Ioannem* *Ioannem Erigenam,* dum se Praedefinianis *Godeschaleo* *Erigenam,* in primis, Monacho Remensi, non aequae feliciter, ut *Rabanus Maurus, Haimo Halberstadiensis* aliique opponebat, in hanc sententiam incidisse, perinde vel ideo dolamus magis, quod a discipulis suis ideo stylis scriptorii confossum periisse dicitur, plura & Epitaphium in primis eius vid. ap. *Vossium in Histor. Pelag.* & T. VI. *Biblioth.* Patr. conf. *Hulsem. Praelef.* in F. C. Art. XIV. *secl.* I. §. III. 693. seq. Sociniani superioribus ad stipulantur, vid. *Socin. Prael.* *Socinianos.* c. 17. Schlichting. c. *Meish.* in duab. Qu. p. 18. 37. Arminia- *Arminianos,* ni perinde vid. *Apolog.* c. XIX. f. 192. *Episcop. Disp.* 27. §. ult.

XIX. Rationibus adducti in contrarium nitetur. *Quod probatur,* Ut laudetur gloria graiae divinae, non iustitiae nostrae, *Ex dictis clarius.* electi sumus *Eph.* 1. 6. Qualis salvatio nostra, talis electio,

executioni enim divinae respondeat, necesse est, decre-  
tum; Iam vero gratia salvati estis, non ex vobis, DEI do-  
num est, non ex operibus, cur ita? ne quis ob merita sua  
glorietur Eph. II. 8. 9. Propter quod non iustificamur & sal-  
vamur in tempore, propter id non sumus electi ab aeterno; At-  
qui propter opera non iustificamur & salvamur Rom. III. 25. 28.  
c. IV. 6. Gal. II. 16. Tit. III. 8. Ergo &c. Scherzerus arguit, Col-

*Ex Typo Ele- leg. Anti - Socin. p. 747.* Ad typum electorum proxime  
etorum, accommodatum, Iacobum haud dubie respicere licet,

bis vero electus erat, nondum natus pueris, cum nec boni quip-  
pam fecisset, Rom. IX. 11. 12. In Christo sumus electi, ergo

*Ex Analogia*, in nobis nihil quicquam DEVS invenit, Eph. I. 4. Opera  
finem simul constituant nostrae electionis, electi sumus  
ut sancti sumus Eph. I. 5. finis vero non ingreditur actum,  
vid. Gerhard. LL. T. II. p. 358. Menzerus *Responf. ad De-  
fens. 2. Part. Convers. Prut. c. 12. Opp. T. I. p. 973. seqq.* & in  
Dispp. Anti - Stein. T. II. p. 676. conf. Dispp. Giess. T. V. Disp.  
XII. p. 159. Schaffman. de Praedest. L. II. P. III. c. 14. p. 266.

*Ex remoto o- it. p. 269. §. 2. 3. it. p. 270. seqq.* Opera quae quaesio hic  
innuum Ope- allegabuntur? num ea, quae sunt ante iustificationem?  
rum specie- imo vero haec sunt sine fide & DEO adeo non placent  
bus, Ebr. XI. 6. num illa, quae iustificationem insequeuntur?  
haec vero sunt debita, imperfetta & immunda, quomo-  
do ergo electionis causa erunt? Luc. XVII. 10. Ef. LXIV. 6.  
vid. Calov. Script. Anti - Socin. P. II. p. 345. conf. contra  
Pontificios Dorscheus in Thom. Verit. Confess. sect. IX. c. 1.  
§. 2. p. 425. seqq. it. Hulsem. Disp. cit. §. 9. p. 13.

*Non obstant, XX. Obvertunt locum 2. Tim. II. 20. 21. Quae ve-  
munitates re-ro consecutio: allaborandum est cuique, ut sit vas mun-  
quisita 2. Ti- dum in usum Domini, E suis se viribus emundare quis-  
motb. II. que, & sanctitas adeo haec causa electionis esse potest?*

Vid. Gerb. LL. I. c. p. 359, & Schaffman. I. c. p. 274. Provo-  
cant amplius ad illud: *Elegit nos DEVS ab initio ad satu-  
tem*

*Αγιασμός  
2. Thef. II.*

tem in sanctificatione spiritus & fide veritatis 2. *Thef. II. n.*  
 Resp. quo argumento probabitur, h. l. sanctificationem  
 vitae, cui quippe tam praeclari quid nunquam attri-  
 buetur, nec potius sanctificationem spiritus, qua mun-  
 dantur corda nostra, intelligendam esse? *A&T. XV. 5.* Te-  
 chnias Steinii circa hunc locum vid. ap. *Menzer. T. II. p.*  
*679. seq.* Sanctitas haec non est nostra; *ἐν ἀγιασμῷ spi-*  
*ritus*, non *ἐν ἀγιότητι Thessalonicensium*, Paulus in-  
 quirat; Spiritus Sancti, in ministerio verbi & Sacra-  
 mentorum occupati, sanctitas ea est, varie in scripturis alias al-  
 legata, vid. *Gal. VI. 8. 2. Thef. II. 8. 1. Pet. I. 2. 1. Iob. V. 7.*  
*ἀγιασμὸς, ἐν θεσπιασμῷ Svenckfeldiano oppositus insinu-*  
*atur, qui est διὰ τὸν λόγον Iob. XV. 3. Εἰν αἱρηθεῖα sermo-*  
*nis divini Iob. XVII. 17. spectatus insuper ratione prea-*  
*visionis, vid. omnino Feurborn. Syntagma. II. Disp. 21. §. 21. p.*

*Opp. 1744.* Dicis: ob opera mala fit reprobatio, E. ob *Operum ma-*  
*bona electio, Resp. ex oppositione minus congrua con-*  
*cludis; opera mala vere & prorsus mala, bona vero non*  
*nisi imperfekte bona sunt. Ob mala opera caeteroquin*  
*reprobationem fieri, minime inficiamur ne forsitan alias*  
*absolutam adstruamus cum Pareo in Comment. in Rom. IX.*  
*Dub. 8. & Vrsino in Catech. fol. 40. Eligimus vero, Arminiani *Actus fidei*,*  
*contendunt, intuitu fidei, haec autem est virtus Theolo-*  
*gica, & actus bonus, E. intuitu boni operis eligemur?*  
 Resp. Fides ne quidem sub ratione conditionis dignae  
 & merentis, multo minus ut opus bonum decretum  
 electionis ingreditur, quin potius saltem ut relatum &  
 instrumentum, quo meritum Christi apprehenditur.  
 Caeterum hae fraudes Jesuiticae sunt & Calvinianae, ut  
 sub exclusione *intuitus boni & mali fidem* itidem ex de-  
 creto electionis excludant, vid. *Hülssem. Prael. in F. C. Art.*  
*XV. sect. V. p. 714. seq.* Conf. *Menzer. T. I. p. 97. §. 45.*  
*Opera forsitan gratiae, si non naturae, rigorem hic susti-*  
*nebunt? Operagra-*

*tiae.*

nebunt? Resp. Ne haec quidem. A Iustificatione excluduntur, E. etiam a causis electionis, Gen. 12. 3. 4. 5. 7, collat. cum Ebr. XI. 8. Gen. XIV. 6. Hoc adverbio temporis ( $\mu\pi\tau\omega$  nondum natis, antequam boni etc.) negari non potest, excludi etiam a signo rationis divinae praecedentem inuitum quorumvis operum, sive per naturam, sive per gratiam aliquando edendorum, verba Hülsemanni sunt l. c. p. 718. Vid. idem ex *instituto Manual. Disp. V.* fol. 189. seqq.

*De infantibus  
eximie praedestinatis,*

XXI. Non ergo erat, cur tam solcite ab hac praedestinatione exciperent infantes, cum nullius, ut vidi-  
mus, electionis causam opera constituant; Interim tamen  
id sedulo omnino agunt. Cum Cornelio a Lapide alii du-  
plicem admittunt praedestinationem, Communem alteram,  
eorum scilicet, qui ex praeviis operibus eligerentur, de  
quibus valeret illud Christi: *Multi sunt vocati; Propriam*  
*velut alteram, eorum, qui ceu Eximie praedestinati ante*  
*praevia merita electi essent, quorum illud Christi perti-*  
*neret: Pauci vero electi.* Collocantur in hac Clasie cum  
B. Virgine, Apostolis paucisque aliis Infantes baptizati,  
ante annos discretionis decadentes, cum horum sc. nec  
merita, nec liberi arbitrii usus praevideri possint. Vid.  
*Certis quidem Bellarm. de Grat. & Lib. Arbitr. c. 12.* Bene quidem id di-  
quibusdam o-  
peribus infan-  
tes caret,  
citur, quod certis operibus infantes careant, modo non  
ideo singularis quaedam iis electio (quasi ordinaria a pra-  
visione operum necessario penderet) attribueretur. Il-  
lud ex *instituto Augustinus agit*, ut proferat exempla in-  
fantum, qui sine operibus vixerint, et tamen ad salutem  
pervenissent. *L. de Praedestinat. Sanctorum it. de bono Persever-  
rantiae* pasim. Schaffmannus hoc ceu suppositum assumit,  
dari infantes, qui ante bonorum operum operationem ex hac  
vita excederent, de Praedest. p. 268. §. 1. opera adiu secundo  
existentia non habuerunt parvuli, sperte subsumit Hülse-  
man.

mannus Breviar. p. 1067. Consentit Gerhardus: Si per actum fidei, inquit, intelligunt ἐνέγειαν fidei foras progradientem quoad proximum, per opera charitatis, concedimus tali fidei operatione destitui infantes, Conf. Cath. L. II. P. 2. Art. 12. c. 1. p. 1117. §. 6. Interim tamen, licet opera cum haec tenus Non tamen allegatis ea, quae adultiorum sunt, ex deliberatione ple-<sup>omnibus; quod probatur,</sup> noque rationis usu elicta, minime admittamus; negare tamen non possumus, altius rem exquirentes, quaedam saltem, qualia demum cumque sint bona opera, in infantibus reperiri. Episcopii rationes negantes opera tantum exclundunt ea, quae et nos iam tum in antecedentibus longissime removimus. Vid. T. II. Opp. P. II. p. 310. num. 101. Mortificatio veteris hominis & excitatio novi in infantibus, in quibus sanctificatio est, haud dubie datur, licet nifus ille ulterior magis magisque ad sanctitatem contendendi non protinus ob subiecti conditionem ad mitti posit. Tendunt huc verba Dorschel: Mortificatio veteris hominis & excitatio novi duplex est, una simultanea, qua omne veteris hominis imperium robur et dominium tollitur & e contra dantur vires novae per Spiritum S. in quibus est δύναμις ἀγνοητή Χριστοῦ ad obtinendam ἐξούσιαν τέλειαν Θεοῦ γένεσις Iob. I. 12. Altera est exertio illius δύναμεως ad ulteriore regeneracionis perfectae per renovationem prosecutionem, in exterminandis reliquiis Veteris Adami & novi Adami perficiendis incrementis. Prior est necessaria ad salutem & suppedidat gratiam, Christum & Spiritum S. cum omnibus favoris divini præfatis, tanquam aqua, per quam & propter quam animo hominis illata est. Posterior prioris fructus est & insufficatum salvatumque respicit & attinet, non autem insufficationem & salvationem, quae iam coram tribunali divino peracta est. Et ad hanc cohortatio Ephesorum spectat. cap. IV. 23. 24. 25. --- Atque hae mortificationes quotidianae & successivae, hae renovationes & vivificae operationes, sunt bona opera, quatenus illis magis magisque destruitur peccati sensus & Spiritus

E

Do-

*ex Analogia,* dominium invalescit. Vid. in Tractatu solidissimo de *Gratia contra Paulum Ferrium Disp. VI.* 198. seq. Fides vera nunquam est sine fructibus, horum licet conditio varia sit, pro varietate illius. Paucis: Qualis est fides, talia sunt opera. Quando dicimus, infantes habere fidem actualē, Gerhardus ait, tunc intelligimus talēm εἰρηνήν, qua fides per Sp. S. in cordib⁹ infantum accensa agit, pacificatur ac stipulatur cum DEO i. Pet. III. 21. numne hoc operibus annumerabis? provocat deinceps porro ad illud *Nazianzeni*: Infantes sanctificantur sine sensu sanctitatis l. c. A negatione externae & sensibilis perceptionis ad negationem rei N. V. C. alias nec fides infantibus concedenda esset. Vincunt infantes mundum Job. I. 13. 1. Job. V. 4. laudant DEVUM Psalm. VIII. 3. Matth. XXI. 16. Ap. XIX. 5. timent nomen DEI Psalm. 115. 13. Ap. XI. 18. Ad admirabilem infantum in maximis doloribus patientiam Gerhardus dudum provocavit l. c. num. 8. Non facile haec felicis describuntur amplius, quam Feurbornii verbis, postquam candide confessus fuerat ante, in infantibus baptizatis & per baptismum fide insufflante donatis sunt B. O. a Sp. S. inhabitante gratia accensa, statim deinceps pergit: At B. O. quae ab infantibus baptizatis praestantur non prorsus similiter se haben ad B. O. adultorum hominum credentium, siquidem horum B. O. constant. 1.) Notitia magis evoluta & distincta, quam qualis est in infantibus baptizatis. Ii enim, et si vere credunt nondum tamen externam etiam habent indigi proximi cognitionem. 2.) Adultorum opera habent plerumque annexam sibi propriam βέληστιν καὶ προσερπτιν, infantum vero nunquam. 3.) Adultorum opera tendunt etiam ad proximum: Sed infantum, qua talium, fides nondum est per charitatem erga proximum efficax. Feurborn. Euse. II. Disp. IV. de Peccat. infant. actual. §. 46. p. Opp. 224. B. Waltherus itidem, si quisquam alias perspicue hac de re

*Ex locis scri-  
pturae,*

*Ex consen-  
tientia Gerhardi,*

*Feurbornii;*

*Waltheri,*

re exposuit: *Fides equidem adulorum, inquit, sese ut plurimum eiusmodi operibus externis exserit Luc. II. 17. Sed non semper. Multo minus id ab infantibus requiri potest, quorum organa agendi non sunt disposita ad exercitium B. O. exterorum. Interim non carent infantes operibus fidei internis, quia stipulantur cum DEO i. Pet. III. 21. laudant DEVVM Psalm. 8.3. Matth. XXI. 16. &c. Diff. de Fid. Inf. baptiz. §. 16.* Tanneri argumentum, quo utitur in Colloquio Ratisbonensi, nobis non nocet, ubi scilicet a classe iudicandorum altera eximit infantes, propterea, *quod nec Christum esurientem pascere, nec sicutientem potare possent* Colloq. Ratisb. p. 260. Bene observavit ibidem, partionem & portationem illam esse tale aliquod opus, quod non in omnibus fidelibus & salvandis requireretur, quid enim de pauperibus pii dicendum esset, qui ipsi Christum non cibarent, quin potius in iis Christus cibaretur? Specie proinde hac operum negata, non tamen ideo negabuntur omnia infantibus, in primis dum illa ad extrinsecus erumpentia spectant, qualia infantum opera esse, supra iam tum inficiati sumus. Conf. omnino summe Venerandi Domini Senioris nostri Deutschmanni D. de Fid. infant baptiz. 1666. hic habita p. 53. §. 33.

XXII. Aliud ergo est quaerere, num opera adsint, aliud, an intuitu eorum electio fiat? hoc, ut supra, ita etiam constanter pernegamus. Deus tamen interea, licet ad opera eligens non respicit, ad aliud tamen in homine eligendo attendit, de quo nunc pluribus est expendum. Ne quidem non-excisionem gratiae, qua praesente, ab aliis subfecuturis alias malis actibus cessamus, pro causa ad electionem induktiva habemus; obicis enim absentiae possibilitatem etiam ipsa gratia introduxit, ut adeo homo et hic nihil conferat. Passiva sane illa hominis capa-

citas, qua objective se haber, tantum est status hominis, quo praesente, non operante, ipsi accidit, quod gratia uberiori cumulatur, ut absentia repugnantiae respectu vivificationis, non est causa induciva, ut Deus resusciter defunctos. In Tyriis illud videre licet, ubi haec non - excusio causâ uberioris gratiae induciva non erat *Math. XI. 21.* quod contra

*Licet praevis-  
tior. p. 1042.* De infantibus speciatim hi ita sentiunt, *praearbitrii in in-  
visionem usus liberi arbitrii*, ceu causam electionis, *praece-  
fiantibus non sisse, vel etiam, si infantes alii serventur, acceptum illud ferent-  
praeſuppona-  
tur,*

*Fides tamen  
ſupponitur,* *quod* *interpositis intercessionibus, caeterum vero de causis praedestina-  
torum & reprobatorum infantum anxie laborandum adeo non  
effe, cum neque damnatio eorum nimis acerba, neque salvatio  
nimis incunda sit.* Vid. Idem in *Praelect. in F. C. Art. XIV.* *Sect. III. §. 1. p. 710. seqq.* Fides praevideatur uno verbo, merito Christi innixa. Vocabula *Promissionis, Electionis, Dilectionis, Propositi, Beneplaciti, misericordiae*, quae causas electionis notant, nunquam sunt absolutae, & si in sensu exclusivo etiam inveniantur, nunquam tamen fidem, sed opera excludunt. Firmus stat Theologorum Canon: *Nulli divinae  
promissioni sua stat firmitas, si absolute et citra suppositionem  
fidei accipiatur ex Rom. IV. 16. Gal. III. 18. 22.* Plurimos equidem sententiae adversari nostrae videmus, eo fine scilicet hic mira movent, ut electionem absolutam confirmant. Vid. *Art. Dordr. p. 160. §. 7. it. Molinaci Confess. ibid. p. 396. seqq.* quae vel sola allegasse sufficiat, quia crassè admodum veritati hic obloquuntur. Sub qua conditione Deus nos praevidebat iustificandos, cum *F. C. Epit. Art. XI. p. 617. seqq.* colligimus, sub ea etiam praevidebat eligendos, *Rom. IIX. 30.* A. sub qualitate admittendae fidei &c. *Gal. III. 8.* Secundum praevisionem & propositum eleſti sumus *Rom. IIX. 30.* Quodnam vero praevisionis huius & propositi objectum erit?

*Contra plu-  
rimos,*

*Probatur,*

erit? Id Paulus indicat, *nos elegit ad salutem ēv ἀγιασμῷ*  
*spiritus & fide veritatis 2. Thes. II. 13.* ēv etenim frequentissime idem notat, quod *intuitu & obiecti adeo determinati nota est*, vid. pl. ap. *Winckelmannum Disp. de aetern. DEI Elec. in Disp. Gieff. T. V. p. 18. seqq.* it. apud *Haberkornium ib. T. IX. p. 1246.* it. 248. seqq. Exemplum Iacobi ad naufragium usque obvertunt dissentientes: *Nondum natis pueris, cum nec quicquam boni aut mali fecissent ut propositum DEI secundum electionem firmum manerer &c.* Rom. IX. II. 12. cum tamen nihil faciat ad rem. Typus electorum non tam *Et vindicasur.* late fuerat extendendus. Sermo hic est non de individuis, sed de populis universis. Si argumentum E. valeret, omnes Esavi posteri damnati, Iacobi vero salvi pronunciandi omnes essent. Extra scopum primarium haec detorquentur, qui praerogativam temporalem alioquin sistit. Insuper adhuc ponas, τὸ benefacere respectu Iacobi hic removeri, num ideo excludetur fides? *Quod de malis operibus Esavi hic excipi potest respectu reprobationis, de eo dicetur deinceps; hic saltem in anteceduum notamus, phrasin, nec bonum nec malum factum attendere, esse paroemiale ac notare idem, quod indefinite, nulla opera intueri.* vid. *Thren. III. 38. Ef. XLI. 23. Act. XXIX. 21.* Plura non addimus ex hoc cap. IX. Rom. defumta, propterea, quod *Hulsemannus, Menzerus, Meishnerus, Schroederus, Cramerus* item aliique in explicatione illius & vindicatione abunde satis occupati fuere.

XXIII. Cum ergo fides in infantum electione *Datur in infantibus fidibus,* praevideatur, accuratius nunc demum inquirendum erit, numne fides etiam in infantibus reperiatur? Afferimus illud, distinguentes tamen statim ab initio, inter fidem in se, & ratione peculiarium accidentium, auctuum scilicet antecedentium quorundam & consequentium consideratam. Illo sensu infantibus, hoc vero adultis tribuitur.

tur. Actualem itidem hic fidem admittimus, licet non respectu operationum externarum, quibus per opera charitatis erga proximum progreditur foras; tamen respectu operationum internarum, qua in infantibus per Spiritum Sanctum accensa agit, pacificatur & stipulatur i. Petr. III. 21. vid. Gerb. Conf. Cath. L. II. P. II. art. 12. c. 2. p. mō. seq. De differentia proinde fidei, quae in adultis, & quae in infantibus est, facile iudicabitur. Ibi notitia magis explicata est, evoluta & reflexa, assensus clarior, operum externorum praeelectivorum, prodeuntium foras, conspectus, dantur & hic perinde maiora fidei impedimenta, cum fides eiusmodi celsitudine rationis obmurmurantis saepius infestetur, quod contra Bellarmum aliquosque notamus, vid. Feurborn. Append. Disp. de Statu infant. Fasc. II. §. 37. opp. p. 352. seqq. Ratione s̄tiae considerata fides in infantibus manet, & quidem propria (non aliena) actualis (non habitualis seu nude potentialis) eaque directa (non reflexa) uti Scherzerns thesin nervose ponit, Anti-Bellar. Disp. X. p. 493. Varii perquam huic veritati se opponunt. Pontificii prodeant primum, quando fidem non actualem, sed habitualem, imo non propriam, sed alienam admittunt. Bellarm. de Bapt. L. I. c. ii. Caslander in Consult. ad A. C. Art. IIX. IX. conf. Volusius in Catech. Bibl. Loc. de Sacram. p. 121. Concilium iam tum Vienense sententiae huic de nudo habitu & otioso subscribebat, cuius assertum Concilium Tridentinum, ut certum maxime definivisse, testis est Bellarminus l. c. & Concilium ipsum Seff. VII. de Bapt. Can. 13. Tannerus sententiam de fide infantum actuali prorsus παρέδοξον in Colloquio Ratisbonensi vocat. Greserus pro modestia sua, delirium Lutheranorum (de fide infantum actuali) tam anile esse, profitetur, ut vix quicquam videatur anilius vel per somnum excogitari potuisse. T. I. p. 1571. Arroganter perinde de

Dissentient  
varii,

Pontificii,

de insurgunt *Becanus Manual. Controv. L. II. c. 2. p. 484.* & *Fo-*  
*rerus In Wunder über alle Wunder P. II. p. 328.* Antiquiorum  
*in primis asserta dedit Gerhard. Conf. Cath. l. c. conf.*  
*Menzel. T. I. p. 150. §. 10. Dispp. Gieß. T. V. p. 251.* Nisanus  
*de Fid. Inf. p. 41. seqq. Gerb. in LL. T. IV. p. 1209. seqq.* Seni-  
*or item noster pie admodum reverendus Magnif. Dn.*  
*D. Deutschmannus D. de Fid. Infant. baptiz. 1666. habit.*  
*Scherz. Anti-Bellar. p. 493. Quistorp. D. de Fide Infant Calviniani,*  
*Secl. II. §. 2. aliisque Calvinianos in numerum dissentien-*  
*tium porro reponimus. Fidem nondum formatam, &*  
*femen saltem illius Calvinus agnoscit. Instit. L. IV. c. 16.*  
*Secl. 20. Alienam infantum fidem admittit Beza in Col-*  
*loquio Mompelgardensi, vid. Jacob Andreae in Epit. Colloq.*  
*Monisbelg. p. 45. conf. Hunnius de Sacram p. 284. seqq.*  
*Actualem negat Ursinus in Catech. Q. 57. Laterem la-*  
*vare Zwinglius ait, qui infantibus fidem tribuere vellent.*  
*Maresius nec volam nec vestigium huius fidei extare in*  
*sacris docet Colleg. Theol. p. 153. Wittichius nil certi posse*  
*determinari ait Theol. Pacif. p. 106. Ea dudum fuit*  
*inter Calvinianos dissensio, ut a Theologis in tres Clas-*  
*ses fuerint divisi (1) eorum, qui fidem infantum negant,*  
*quorundam Petrum Cunaeum, Piscarem, Chamierum, lo.*  
*Grocium, Bucanum, Vrfinum etiam in primis referunt (2)*  
*eorum, qui τὸ ἐπέχειν arripiunt quorundam Wittackerum,*  
*Maresius etiam aliquo loco pertinere videntur. (3) denique*  
*eorum, qui alienam, Parentum scilicet Ecclesiaeque fi-*  
*dem attribuunt infantibus, quod Bezam, Zanchium, Bu-*  
*canum, Perkinsum, Riverum aliasque fecisse legimus. Vid.*  
*Nisanii Disp. Sub Haberkornio hab. de Fid. Infant. p. 35. seqq.*  
*De Calvinianorum scitis in genere vid. omnino Maf-*  
*narius contra D. Hoe disputans in Anatom. triumph. Univers.*  
*P. III. c. 26. p. 293. seqq. Aperte saltem, quae iis mens sit,*  
*Molinaeus ostendat, in Confessione, Patribus Synodi Dor-*  
*dra-*

dracena facta, quam tanti Patres illi faciebant, ut statuerent, pro accurato eo iudicio & consensu in Doctrina, gratias Molinaeo agendas esse Sess. CXLIV, vid. Act. Dordr. p. 411.

In hac confessione vero plus vice simplici concludit, respectu fidei factam electionem non esse, quia alias multi infantes damnarentur, cur ita? quia fidem non haberent l.c. p. 398. sequuntur ita sentientem *Theologi Britanni* §. 7. l.c. p. 499.

*Anabaptistae*, *tanni* §. 7. l.c. p. 499. Anabaptistas itidem in hoc errore praeivisse, Colloquium Emdanum docet, in quo profertur: *Infantes salvos fieri, licet non credant. In Frankenthalensi similia prostant.* P. 12. Act. p. 631. vid. *Wigand. in Anabapt.* p. 550. seqq. & *Cloppenburg in Gangraena Theol. Anabapt.*

*Photin. & Sociniani*, Photinianos ac Socinianos hic perinde allegamus. Socinus dogma hoc cum omni ratione, ipsoque sensu communi pugnare, nec ullum fundamentum in testimoniiis divinis habere, ait. *Libel. svasor.* p. 52. Ceu puerilis coniectura a Smalzio haec doctrina traducitur c. Franz. p. 311. vid. *Calov. Script. Anti - Socin.* P. II. p. 244. *Scherz. Colloq. Anti - Socin.* p. 721. Arminiani hic etiam minime sunt praetreundi. *Falsum pronunciant, DEV M iustitiam originalem per Spiritum S. iterum operari in infantibus velle, eo, quod illi incapaces sint. in Apolog.* fol. 87. Episcopius sine cunctatione & aperte ad Calvinianorum consensem provocans, animi sententiam exponit, vid. *Opp. T. II. P. II.* p. 310 seqq. Quod sigillatim quisque, tanta erroris confusione docuerat, suum quoque faciunt *Syncretistae*, qui licet videri velint, ac si fidei saltem modum impugnant, revera tamen id agunt, ut fidem ipsam infantibus negent. In *Epiſt. Apolog.* fidem hanc proprie dictam esse concedere nolunt p. 119. Fides vero aequivoce talis, qualis est? vid. *Strauch. Consensi. Repetit. Punct. 65.* p. 419. seqq. & *Theolog. Witteberg in Antapolog.* c. 17. p. 480.

*Arminiani,*

*Syncretistae,*

XXIV. Infantum fides contra quosvis dissentientium catervas facile probatur. Expresso de iis pronunciat Christus, *quod credant, Math. XIX. 6.* Non existimandum est cum Pontificiis, Calvinianis, Anabaptistis & Socinianis hunc locum adultiores, non vero proprie infantes supponere, cum sermo sit de iis, qui scandalizari possint; Quasi scilicet scandali realis natura primario non confisteret in eo, cum tale quidpiam profertur, quo alteri scandalum praebeti potest. Negato scandalio insuper actuali & formali, potentiale & occasionale non statim itidem negatur. Scandalum haud dubie verum est, de quo Christus loquitur *Math. XVI. 23.* at enim numne aetui Petrus poterat esse scandalum Servatori? Non puto. Videmus ergo scandalum adesse posse, licet, vel ob naturae perfectionem, vel aetatis conditionem alter scandalio illo, aetui non moveatur. vid. *Scherzerus, tum in peculiari de Fid. Infant. Disp. tum etiam in Colleg. Anti - Socin. p. 903.* Si nomine pusillorum infantes hic non intelliguntur, sequetur infantes baptizatos modo, vel infantibus adultioribus fieri similes debere, vel in aeternum iis pereundum esse. Cur potius, quaeo, adultiores proponerentur in exemplum humilitatis, cum malitia crescat cum annis? *Malitia estote parvuli i. Cor. XIV. 20.* vid. *Gerb. LL. T. IV. p. 109. seq.* Si cum *Schlichtingio & Belarmino* dicas, vocasse puerum & statuisse in medio Christum, hinc aetate profectior haud dubie suisset, quippe qui accurrere potuisset, R. vocantur etiam illi, qui aportantur *Luc. XIX. 10.* Nos vocamur ad fidem, qui propriis tamen viribus venire non possumus *Marc. I. 15.* Puer vocatus venit, quod accurrerit vero, id non habetur in textu. Parvulos, quos *Mathaeus* dicit, *Lucas* reddit per τὰ βέβηλα, c. XIX. 15. in simili historia, qua voce proprie didici infantes, qualis Iohannes erat, *Luc. I. 44.* indicantur. De gestatione in ulnis nihil commemoramus, *Marc. IX. 36. c. X. 13.*

F

Math.

*Probatur in-*  
*fantum fides,*  
*Dicitis,*  
*Matth. XIX.*

*Math. XIX. 13.* Et ponas, fuisse quendam a Christo propositum, qui fari poterat iam tum, quod ex vocabulo παυλίς evincere nonnulli volunt, sufficit rationis usū eum polluisse nondum, simplicem fuisse & infinitibus adeo in eo comparandum. Vid. *Walther. D. de Fid. Infant. Baptiz.* §. 4. seqq.

*Nisanus l. c. p. 13. § 34. Hunnius de Sacram. p. 269.* Praeterea vero provocamus etiam ad locum *Psalm. VIII. 3.* collatum cum *Math. XXI. 16.* Laus & praeconium Dei est frumentus & effectus fidei, ergo testantur de sua causa. Nec *Stephani le Moyne in not. ad var. sac. p. 723.* nec aliorum opiniones, quas *Geierus assert Comment. ad b. l.* nos eo adiungit, ut a literae proprietate recedamus. ■ עַל יְמֵינָךְ primum afferruntur, infantes ludere velut incipientes *Ier. VI. n. Thren. I. 5.* *Ioel. II. 16.* imo infantes tenerimi *Tbren. II. 20. Job. III. 16.* Deinceps etiam ■ וְנִזְמָן ab uberibus pendentes, vel ideo tenerimis, licet alias a Iudeis vel ad triennium usque lactati fuerint, *2. Maccab. VII. 27.* annumerandi, quia in textu notabilis ratione distingvuntur. His attribuitur laus, non sene obiective & occasionaliter, sed actu ipso & formaliter, quod tum textus ipse: *Ex ore*, tum accommodatio Servatoris *Math. XXI. 19.* abunde docent. Ponas *Psalmum* includere laudes eorum, qui sunt profectiores paulo simul, quo argumento evinces, teneriores ac fugentes exclusi? in primis dum loca alia succurrunt, ubi ab uberibus pendentibus fiducia in Deum tribuitur. *Psalm. XXII. 10. seq. conf. Thumm. Imp. Phor. fol. 381. seqq.* Fides infantum amplius confirmatur ex rationibus & consequentiis sponte sua fluenteribus. Baptizantur, hinc *Christum* band *dubie induant & credunt Gal. III. 26. 27.* Unus, specie quoque infantum & adulorum datur *baptismus*, E. utrorumque etiam una specie fides est. Fides reflexa & directa, uti actus etiam mentis directus & reflexus, specie non differunt. *Ephes. IV. 5.* Nulla Sacra mentia prodeesse absque fide, contra Pontificios saepe

*Excrationibus,*

*Infantes baptizantur,*

taepe evictum fuit. Eadem ratione eodemque interve- *Inflificantur,*  
 niente organo etiam infantes iustificantur, uti nos, ceu  
 veri Abrahamitae. Ergo per fidem *Rom. IV. 22. seqq.* In- *De promis-*  
*fantibus etiam facta est promissio *Genes. XVII. 7. Actor. II. 19.* sionibus par-*  
*promissio vero sine fide nullius usus est. Benedictione di-* *ticipant,*  
*vina fruuntur iidem, *Marc. X. 16.* sine fide autem haec lo-* *Benedictione*  
*cum non habet. *Ebr. XI. 6. Gal. III. 14.* Infideles a Christo *Aliis exem-*  
*in exemplum non proponuntur, Infantes vero proponun-* *plo sunt,*  
*tur *Matb. XIIIX. 3.* Angeli sunt infantum ministri, incredu-*  
*lorum vero non sunt *Ebr. I. 14. Matb. XIIIX. 10.* Infantum *Ab Angelis*  
*est regnorum coelorum *Matb. XIIIX. 14.* non vero, nisi cre-* *custoduntur,*  
*dentes salvantur. *Job. III. 16. Marc. XVI. 16. Job. XIV. 6. 1. Job.*  
*V. 12. Si fidei obstatulum daretur, daretur vel ratione DEI, vel*  
*ratione infantum; Non illud, *nullus nostrum negat.* Schlich-*  
*tingius ipse fatetur, *divina potentia fidem aliosque Spirituales*  
*motus posse effici, qui sciamus etiam asinos, quoties Deus velit,*  
*loqui posse, contra Meisnerum fol. 906.* Non hoc, quia nec  
*Physicum, nec hyperphysicum adeat. Non illud, absentia*  
*enim usus rationiae potentiae divinae operanti obicem non*  
*ponit, Iohannis & circumcisorum exempla rem optime*  
*docent: Non hoc, verbi enim audibilis vicem, visibile ba-*  
*ptismus supplet. Mundum vincant infantes, necessitate est,* *Mundum*  
*cum alias sub potestate Principis huius mundi manerent,* *vincunt,*  
*iam vero fides est victoria, quae vicit mundum 1. *Johan. V. 4.*  
*quo argumento Hunnius utitur de Sacrament. p. 267. Infan-*  
*tes habent Spiritum S. qui in iis operatur, quod supra ostendit, *Spiritus S.*  
*sum, quam operationem fidem parvulorum vocamus, de* *habent,*  
*qua loquitur Apologia: Deum dare infantibus, inquit, per*  
*baptismum Spiritum S. qui oblatas promissiones illis applicet,*  
*Art. IX. vid. *Danh. Hodos. fol. 887.* De Iohanne in utero, *Exemplum*  
*iuxta illud *Luc. I. 15.* prae gaudio exultante l. c. v. 44. alii* *Iohannis,*  
*disquirant, nobis sufficit ostendisse potentiae divinae, qua*  
*fidem excitat, fideique citra usum rationis ostensae exem-********

plum hic nobis suppedidari. Fusius caeteroquin in hoc argumento versantur *Waltherus*, *Quistorpius*, *Nisanus*, *Deutschmannus*, *Scherzerus* in disputationibus allegatis. *Hülssem*. in *Breviar.* p. 621. *Gerhard.* l. c. *Feurborn*. *Anti-Ostrowod.* p. 243. *Hunnius* l. c. & in διασκεψ. p. 25. *Gieffens*. *Disp.* T. V. p. 242. T. IIX. p. 294. *Brochmand*. in *System.* P. II. p. 163. *Calov*. *Script.* *Anti Soc.* P. II. p. 294. it. P. III. p. 233. *Scherz*. *Anti-Bellarum*. p. 494. seqq. *Wagner*. *Inquis.* in *Act. Henot.* *Sett.* VI. p. 674. seqq. De testimonio Patrum aliorumque nostrae sententiae prorsus addicitorum vid. *Gerhard*. *Conf. Cath.* l. c. p. 116. seqq. *Scherz*. *Colleg.* *Anti-Socin.* p. 836.

*Obiiciunt*,  
*differit infan-*  
*tum fides a*  
*fide adulto-*  
*rūm,*  
*Respondetetur*,

XXV. Non obilit, si dicas, fidem hanc talēm non esse, qualis adulorum est; diversitatem enim fidei in accidentalibus supra iam tum agnovimus. Vere infantes credere dicuntur, quod supra vidimus, vera autem fides sine essentialibus fidei partibus nunquam est. Si duplex daretur fides, infantum & adulorum, duplex quoque foret iustificandi modus, vid. *Fecht. Thef. Polem.* §. 28. *Affelman*. *Syntagma.* P. I. *Disp. de Fid. Infam.* p. 845. *Walther* l. c. §. 11. 14. Dicis: At infantes usu rationis destruuntur, nesciunt se credere, nec adultiores facti, se credidisse sciunt. Resp. siccine concludis, non dari in infantibus fidem? Nescis perinde, in infantia te ploras- se, numne igitur non plorasti? quid de Iohanne dices, *Luc.* I. 44. Si usum rationis adeo urgeas, quid de Phreneticis, agonizantibus, imo adultis somniantibus dices? numne & his fidem denegabis? De infantibus usu ratio- nis ita destrutis, ut per causas naturales eam non exser- vant, negari saltem non debet, ac si prorsus nullo modo ratione utantur; per super naturalem spiritus S. opera- tionem usus is rationis excitatur, qui ad exercitium vi- rum credēndi acceptarum in baptismo sufficit. Fidu- cialiter meritum Christi apprehendunt infantes, ergo

*Infantes ca-*  
*rent usu ra-*  
*tioniis,*

*Respond.*

vel

vel aliquis saltem usus rationis subest, *DEVS etiam hic plus potest, quam nos intelligimus Eph. III. 20. conf. Chemnit. E. C. T. T. II. p. 92. seqq.* Aliud est actus fidei, aliud fidei sensus, ille hunc non semper simul infert, quia non omnis actus est statim reflexus. Notitia articulorum fidei supernaturaliter in regeneratione accepta in infantibus adest. Iohannes non adultioribus tantum, sed infantibus quoque scribebat *I. Job. II. 13.* & de his aperte dicit, *εγνώσατε τὸν πατέρα ν. 14.* si vel maxime per παράδοσην grandisculos intelligas, loquendi tamen ratio in Praeterito attendenda erit. Verum est, quod infantes nesciant, se credere, & crescentibus aetate & annis in articulis fidei erudiendos esse; At enim contingit hoc etiam adultis, ut morborum gravitate, vel tentationum paroxismis attenuati, veram se nesciant habere fidem, qua tamen minime desituuntur. *Ef. XLIX. 14. Thren. III. 17. 18.* Circumstantiale proinde fidei quidpiam in infantibus saltem abest, explicita scilicet & confessione externa declarata notitia, quod Augustinus alicubi miratur: *Mirabile est, inquit, & tamen verum est, quod in multis DEVS non habitat, qui eum norunt, ut in Philosophis, de quibus Apostolus ait: Cum cognovissent, non sicut Deum glorificarunt: & contra in multis habitat, qui eum non norunt, ut in parvulis baptizatis Epist. ad. Dardan. vid. Feurborn. Anti-Oftorod. p. 244.* §. 6. Iohannes in utero Christum fide agnoscebat, & tamen informandus erat de Christo adultior factus. Aperte fatetur, sub initio annorum ministerii, Christum in individuo se non novisse *Job. I. 32.* hinc signo etiam visibili in baptismo, qui nam Messias esset, erudiendus erat *I.c. Operatio Spiritus S. qua fidem excitat, ad usum rationis nunquam est alligata. Math. XVI. 17. 2. Cor. III. 5.* imo inimica potius fidei ratio saepe est *Rom. II. 9. 7. 2. Cor. X. 15.* multa DEVS videt, quae nos minime vide-

mus, & observamus, gemitus creaturarum *Rom. IX. 22.* clamores corvorum eorumque causas *Psalm. CXLVII. 9.* cur non perinde hic cordium scrutatori eius, quod est, relinquitur? *2. Paral. VI. 30. Job. II. 26.* vid. *Baldwin Cas. Conf. p. 63. 64. Hunn. de Sacram. p. 273. 283. Gieff. T. III. p. 379. T. V. p. 245. seqq.* Provoces ad illud, parvulos nec dextram intelligere nec sinistram *Ion. IV. 11.* nil inde sequitur aliud, quam infantes non credere sic, uti adulti. Argumentum hoc in primis Pontificii urgent; At enim si valeret illud, nec habitum fidei habituri infantes essent, quem tamen iis tam facile largiuntur. Imo cur Pontificii ideo infantibus fidem negant, quia tanquam reflexa in sacris ea nullib[us] fuerit demonstrata, cum tamen Mariae, dum in utero adhuc fuisset, actus intellectus reflexos tribuant, quibus cogitasset *de Deo, de se ipso, de humana gente, de Republica Angelica,* ubinam de his in sacris legitur? *Vid. Poza in Elucidar. Dicpar. fol. 722. de Phras. sp. S. apud Ionam. c. IV. v. 11. pl. vid. ap. Crauerum in Phosphor. p. 795.*

*Si quae datur  
infantum fi-  
des, habitua-  
lis, non actua-  
lis erit,  
Respond.*

XXVI. Contra actualem fidem si obvertas, cum *Bellarmino c. 11. de Bapt.* fideles dici a habitu, non ab actu, alioquin dorminentis v. g. fideles non essent. Resp. Actus primus omnibus, infantibus pariter & adultis dormientibus item semper competit, licet actu explicito sensibiliter se non subinde exferat. Si infantes sunt capaces habitus fidei, sunt etiam capaces actus, eadem impedimenta, quae pugnant contra actu[m], pugnant etiam contra habitum, & argumenta contra, quae pro habitu fidei probando adducuntur, pro actu adtruendo etiam quamplurimum valent. Fides habitualis infantum ab omni actu seicutius haec tenus adhuc inter delira Iesuitarum in primis figura numeratur, qui male caeteroquin ipsi inter se consentiunt, vid. *Nisanis I. c. p. 28. Gerhard. I. c. T. IV.*

T. IV. p. 1212. seqq. Kromayer. Loc. Anti-Syncret. p. 195. 198.  
 Nec est, quod dicas, semen quoddam fidei commodi-  
 us attribui infantibus posse, iuxta Trelcatium, Vorstium, <sup>Vel semen  
saltet fidei</sup> Junius, Sohnium, Bergium aliosque vid. Massonius Anatom.  
*Universi. triumph. P. III. p. 294. seqq.* Parum scilicet hi Respond.  
 absunt a fide sociorum potentiali, de qua ap. Ursinum.  
*Catech. p. 370.* Polanum. T. 2. Disp. p. 631. vid. Masson. l.c. &  
 pag. 485. Nulla huius phraseos commoda explicatio da-  
 ri potest; Si dicant semina velut fidei delitescere in na-  
 tura nostra, eheu quam falsa docebunt? si Spiritum S.  
 per semen illud intelligunt, offendunt iterum, dum fidei  
 hoc semen opponunt; Spiritus S. enim sine fide in no-  
 bis non operatur. Fidem in potentia pro nulla reputa-  
 mus, si haec ergo daretur in infantibus, qualis iustifica-  
 tio, qualisque salus infantum foret? Semen illud vel otio-  
 sum erit, vel operosum, si illud, frustra datur: si hoc,  
 motus isti vel sunt a natura, vel a gratia, illud Pelagian-  
 um est, si hoc, *τεγανισμὸς ἀλαζήτης* operatur gratia,  
 quod actus fidei vocamus. Pergis vero dissentiendo:  
 Infantes non audiunt, E. nec credunt Rom. X. 12. Resp. *Fides est ex*  
*confundis cum infantibus adultos, fidem reflexam cum* <sup>auditu, infan-</sup>  
*directa. Verbo positio audibili, visibile baptismus non* <sup>res,</sup> *excluditur, hic enim perinde* <sup>v. non audi-</sup>  
*infantes audiunt, quod fu-* <sup>unt,</sup> *sus deducit Brenius in Catech. p. 41. Theologi Hashiaci* <sup>Respond.</sup>  
*in der gründlichen Ausführung derer Caſelischen Wechſel-*  
*Schriften p. 527. Quomodo audiebat Iohannes in utero?*  
 Quomodo David, cum ab uberibus pendens, fiduciam  
 collocaret in Deo? Quomodo Maria in utero, iuxta eos,  
 cum quibus hic disputamus, fidei effectus citra auditum  
 edidit? Reluctantur vero infantes eiulatibus, motu cor-  
 poris &c. baptismo, hinc vel ideo etiam non credent?  
 Resp. Resistentia naturalis auctum fidei divinitus excita-  
 tum, in subiecto contumaciter non resistente, non tollit.

Re-

*Infantes re-*  
*luctantur*  
*Baptismo,*  
*Respond.*

Reluctabantur etiam infantes doloribus circumcisionis, & tamen circumcisio iis erat signaculum iustitiae fidei, *Rom. IV. 11. 15.* Mortem aversatur natura nostra, anne vero morituri fidem ideo non habemus? Absit. Sufficiet

*Sufficiet infantibus facta elecio,*  
Respond.  
  
*Infantes non poenitent.*  
Respond.

vero forsan infantibus, quod sint electi, quorum *Martyris* argumentum tendit vid. *Disp. Gieff. T. V. p. 248.* Resp. supponit hoc argumentum electionem absolutam, sic etiam baptismus prorsus supervacaneus foret. Electione posita, fides non excluditur, quod supra fusius ostensum. Ubi non datur poenitentia, *Bergius* argumentatur, ibi nec eius pars dabitur fides, A. in infantibus Resp. Negant, quod scimus, hanc poenitentiam infantum ex Theologis nonnulli, vid. *Feurborn. Disp. de peccat. actual. Infans. contra Aretium pugnans Fasce. II. p. 225. §. 51. 52.* eundem impugnat etiam ex instituto *Brochmandus in Syst. P. II. p. 143.* *Weinmannus* itidem vid. in *Instir. Theol. p. 291. §. 28.* At enim vero de poenitentia circumstantialiter & quoad sensum, non quoad actum praecise considerata haud dubie loquuntur, quod *Feurbornius* docet, dum contritionem ex verbo auditio enatam, negat l.c. Quoad essentiam & actum considerata poenitentia bene haud dubie admittitur. Loquatur *Augustinus*: *Dicet aliquis - - - num quid tantillus potest aliquid poenitire?* Huic respondendum, si propterea poenitentes non sunt, quia sensum poenitendi nondum habent, nec fideles dicendi sunt &c. L. I. de Peccat. merit. c. 19. Adstipulatur Senior noster pie admodum venerandus *Magnif. Deutschmannus*: *Poenitentiam etiam actualiem, inquiens, in infantes cadere, vel ex solo joelis c. II. v. o. οΦθαλμοφαρ* veq*ως* perspicere licet, Disp. cit. p. 84. Mens eadem *Dannhauero* est, cum affterit, *Infantes Ninivit annos quoque cum Parentibus suis, suo modo poenituisse*, *Hodosoph. Phoen. X. p. 1001. seq.* Si vero urgeas, qualem nos demum poenitentiam velimus? respondemus paucissimis: *Qualis est infantum fides, talis quoque eorum est poenitentia.*

XXVII.

XXVII. Fide sic requisita in infantibus electis, requiri-  
 rimus nunc porro etiam fidem eorum propriam. Fide <sup>Ad electionem</sup>  
 infantum, non  
 aliena vel Ecclesiae vel Parentum pusillos credere, plurimi sufficit fides  
 afferuere subinde. Ex recentioribus allegamus *Cassandrum* <sup>aliena,</sup>  
<sup>quod contra</sup> *in Consult. p. 83.* Calixtum *Disp. de Baptism.* §. 122. 171. qui Pa-  
 rentes & suscepentes commodare infantibus cor ad cre-  
 dendum docet. *Conf. Hernei. P. II. Disp. Theol. Secl. I. p. 211.*  
 Ex Pontificiis ita sentiunt perinde *Thomas, Heinriquez, Va-*  
*lentia*, vid. *Bezan. Manual. L. II. c. 2.* *Catech. Rom. p. 283.*  
 Calviniani ad stipulantur & hic vid. *Beza in Collog. Mompelg.*  
 fol. 49. *Zanchius, Bucanus, Marloratus, Rivetus, paria docent.* *Probatur,*  
*Justus sua*, non aliena fide vivit *Hab. II. 4. Gal. III. u. Rom. I. Dicitis scri-*  
 17. Corde alieno credere posse, inconveniens prorsus est *pturae,*  
*Rom. X. 10. Eph. III. 17.* Provocant dissentientes in primis  
 ad *Augustinum*, qui vero propriam infantibus fidem non  
 denegat, sed illud saltem Ecclesiae & fidelibus tribuit, quod  
 parvulos afferant ad baptismum & pro iis fidei confessio-  
 nem edant, uti se explicat *L. de Peccat. Merit. c. 33. & Ep. 23.*  
 Qui credit in DEum, ei imputatur fides sua ad iustitiam *Rom.*  
 IV. 5. *Justitia si super eum*, qui scilicet iustus est, uti impie-  
 tias super impium *Ez. XXIX. 4. 20.* Promissio semini Abra-  
 hae facta pertinet quidem ad omnes ratione accessus non  
 denegati; At enim ideo accessus non est immediatus &  
 sine fide, nisi omnes Iudeos & Abrahae successores DEO  
 amicissimos existimare velimus. Ad baiulatorum fidem  
 respiciebat Christus, *Math. IX. 3.* At enim, licet ob fidem  
 aliorum alteri DEus beneficia temporalia largiatur inter-  
 dum, uti ob fidem Noachi Cham in arca, ob fidem Pauli  
 in naufragio reliqui servabantur, & uti sic etiam h. l. pa-  
 ralyticus ob aliorum fidem sanitati restituebatur; In bene-  
 ficiis tamen spiritualibus propria fides, uti & h. l. in para-  
 lyticō, cui peccata remittebantur, vere aderat, adeste de-  
 bet. vid. *Hoepfner. D. contr. indulg. c. 2. §. 23.* Vener. Dn. D.  
 Deutsch-

Deutschmann. l. c. p. 31. 32. 56. 66. seqq. Hunnius l. c. pag. 274. seqq. Chemnit. E. C. T. I. II. p. 93. seqq. De officio Theologorum, susceptorum non est, quod dubium moveas, ostentum, non cor, infantibus, cum baptizantur, communicant, Kromayerus inquit Loc. Anti-Syncret. p. 295. Optime de his omnibus B. Lutherus sentit: Wir sagen also, daß der frende Glaube nicht helfe zur Seeligkeit, wenn auch zwei Christenheiten stünden / das Kind muß selbst glauben an Christum / denn ich bin nicht vor das Kind geböhren / werde auch nicht vor dasselbige sterben / es hat einen eigenen Tod und Geburth / soll es leben / und Eodes los werden / so muß es auch durch den Glauben an Christum dahin kommen / T. I. Isleb. Germ. fol. 217. Si infantes sunt electi, Feurbornius ait, E. fuerunt in Christo electi Eph. I. 4. Et proinde propriam habuerunt fidem, qua sunt in Christo Fas. II. disput. IX. p. 347. §. 19. vid. idem p. 344. usque 351.

*Infantum ante baptismum sanctitas coronam Deo ordinariæ nulla est,*

*Interim tamen,*

*Infantum sine baptismo in Ecclesia decadentium etiam electio datur, Ariminensem legimus, tormentum ideo infantum fuisse appellatum, quod duram admodum de iis sententiam fovet. O quam multi sunt, hoc perinde nomine merito cognoscere.*

cognominandi ! Producimus hic primum Pontificios. Pontificii,  
*Infantes non baptizatos perire constat, sententia est Lombardi, Thomae, Soti, Bonfrerii, Cotonii, Conzenii, aliorumque, vid. Gerhard. D. de Salut. Infant. ante baptism. deced. c. II.*  
**S. I.** Quam crasse philosophetur *Bellarminus* vid. aliquot *Expresse affectibus ab eo ostensum, de Amiss. Grat. & stat. peccatentes,*  
*L. VI. p. 578. seqq. it. 581. usque 600.* Ad sinistram infantes non baptizatos aliquando collocant *Maldonatus, Emmanuel Saa, Franc. Luc. Brugensis.* Poenam damni, imo quandam etiam sensus iisdem adiudicat *Bellarminus* aliquique. Ob solum P. O. non remisum alii e coelo infantes excludunt, loca vid. ap. Gerhard. *Conf. Cath. pag. 1408. seqq. conf. Dorsch. in Thom. Verit. Confess. p. 220. seqq.* Factum hinc est, ut limbum peculiarem infantibus, sine *Limbum cor. baptismo* decadentibus, parum tamen inter se consenserint, attribuerint. *Dominicani* in Concilio Tridentino in tenebris & loco subterraneo, igne liberum, infantes collocabant; *Franciscani* vero in luce & super terram eum, talernique insuper fore, ubi infantes Philosophiae studio cum voluptate vacare possent, afferebant. *Catharinius* amplius addebat, ab Angelis & sanctis coelitibus, in hoc limbo detentos, crebrius visitari. *Ingolstadienses* egregie & distincte se explicant, ignem, perhibent, tartareum in meditullio terrae torquere damnatos, exundantem paulo superne purgare, in circulo Purgatorii, fumum forsan in tertio circulo infectare infantes, in quarto vero circulo, Patrum scilicet, luce & calore illustrare forsan uti in vaporariis, vid. *Chemnit. E. C. T. P. III. p. 280. seq.* Imo nunc demum de statu horum infantum *Litterae in-* in limbo restius edocti sumus, postquam *Anno 1698. Colofantum eniae litterae* parvolorum eiusmodi ex limbo ad perturbatores quietis suae perscriptae, prodierunt, quarum potiora contenta recenset summe Reverend. *Ittigius de Bapt.*

Bapt. fidel. ante Christi advent. defunct. per aquam ex Latere Christi §. 28. Plura de hoc limbo dabunt G. I. Vossius Hist. Pelag. P. III. §. 4. p. 251. Forbesius l. c. p. 493. §. 9. Chemnitius E. C. T. P. II. p. 32. Meissner. Anthropol. Dec. I. Disp. Duriores An-7. p. 216. Duriores haud dubie etiam sunt sententiae antiquiorum sententiae,

non attingam, dura saltē vox est Avii Viennensis, quando ad sororem, virginem sacratam DEO, Libro de consolatoria castitatis laude ita canit :

*Omnibus his illud gravius, si forte carentem  
Coelesti lavacro tenerum mors invida natum  
Præripiat dura generatum sorte gehennæ,  
Quique, genetricis cessat cum filius esse,  
Peraditionis erit, tristes tunc edita nollent,  
Quae flammis tantum generarent, membra Parentes.*

L. VI. Poem. p. 190. Ignis aeterni supplicio puniendos esse existimavit perinde Fulgentius infantes, qui vel in ute-  
ris matrum, vel ex matribus nati, sine Sacramento dece-  
derent. Reg. Fid. ad Petr. c. 27. Perinde docuit Gelasius,  
Bernardus etiam vid. Ep. 77. ubi ita sentit: *Infantes, quia  
hanc, prohibente aetate non possunt habere fidem, hoc est cor-  
dis ad Deum conversionem, consequenter nec salutem, si abs-  
que baptismi perceptione moriuntur l. c.* Mentem Lombardi,  
antecedentium sententiis congruam vid. sent. IV. Dist.  
4. Augustinum suum, quantacunque excusat contentionem  
Henricus Norisius Vindic. Aug. p. 32. 33. rigorem non facile  
poterit emollire, qui ex locis, a Vossio in Hist. Pelag. L.  
II. P. III. §. 4. collectis, elucet. Fatemur, venerandi Do-  
mini Ittigi verba sunt, *Augustinum, cum contra Pelagia-  
nos peccatum originale negantes, disputaret, inferiore dispu-  
tationis longius abruptum, in rigorem de infantibus non ba-  
ptizata-*

ptizatis sententiam incidisse, ut loca ex variis eius scriptis, & Vossio collecta indicant. Unde & nonnulli Augustinum cum armatis equitibus contulerunt, qui, dum in hostes invehuntur, eodem impetu obvios inermes pueros conculcare solent, Diss. cit. de baptismo &c. per aquam quae ex latere Christi profusit. §. 29. vid. plur. apud Feurborn. Fasc. II. Disp. VII. de statu Infantium sine baptismo mortuorum Opp. p. 296. 97. & Forbes. in Instruci. Hist. Theol. p. 493. §. 7.

XXIX. De electione infantum non baptizatorum porro minus sobrie existimant, omnes illi, qui ex male intellectu loco Job. III. 5. pro absoluta baptismi necessitate putabant, quique hac sua hypothesi induisti, mira saepe, ut baptismi infantibus conferant, moliuntur. In utero baptizandos esse pusillos, alii svaferunt, quod alii improbarunt, cum ad partum involutum aqua deferri nequeat. Alii ad uteri sectionem matres obligare voluerunt; In pueris aliis infantes citius, si illoco aqua afferri nequeat, precipitandos potius, quam sine baptismo dimittendos purarunt. Quae alia hic sint Scholasticorum in primis consilia Raynaud. de sectione Caesarea diligenter annotavit. Joannes Praepositus & Diana, si quacunque saltem ratione fistula interveniente, vel vulnere facta, aqua ad infantem in utero perferrri posset, baptismum vident. Laymannus peritiem prorsus obstetricum peculiarem requirit, qua manu in uterum inserta, proliis corporis aqua perfundere possint, Theol. Mor. L. V. Tr. II. p. 303. seq. Alii vel membra saltem exserta, licet potior substantia adhuc delitescat, cum Immagine Roderico & Job. Aloza baptizare iubent. vid. Mayer. in Museo p. 994. Errorem vero hunc reiectum vid. a Lutherio apud Portam in Pastorl. Luth. p. 448. Conf. Constitut. Eccles. Evang. & Saxon. Elector. Tit. VI. it. Disp. Gieff. T. V. pag. 277. Eodem absolutae necessitatibus errore inducti alii, cum mors adultioris baptismum praecoccupabat, post lectum hominis

Negant etiam horum electi-  
onem, qui ab  
solutam ba-  
ptismi neces-  
sitatem ur-  
gent,

Et media vio-  
lenta,

Baptismum  
in utero,

Adeo & mor-  
tuis conferen-  
dam,

nis mortui viventem substituebant, qui loco illius ad quaestioneum, num baptizari vellet? affirmando respondebat, quo factō, peragebatur baptismus, id quod iuxta *Terrullianum L. IV. contr. Marcion. c. II.* Marcionitae faciebant. Cærinthianis *Epiphanius* id tribuit, *L. I. Haeres. c. 28. vid. Alba Spinaens in observ. Vet. Eccles. Rit. L. I. Obs. 9.* Concilium Carthaginense ideo severe praecipit: *si quis Clericus ordinatur, debet admoneri, ut servet decreta, neā īna tōis σώμασι τῶν ἀποθανόντων ἐνυχαρισίᾳ μὴ διδωται μηδὲ βάπτισια οὐ ut mortuorum corporibus Eucharistia non detur neque Baptismus Can. 8. vid. Balsamon. in Canon. Concil. p. 627. & Canone XX. idem illud praecipit: ὁμώιος ἡρεσεν, - - - οὐ μὴ τές ηδὲ τιλευτῶντας βαπτισθῆναι ποιήσῃ τῶν πρεσβυτέρων ἄγνοια similiter placuit - - - ne eos, qui iam sunt mortui, baptizari fecerit presbyterorum ignorantia l. c. p. 629. Chrysostomi querelam in sacri fluminis abusu, dudum provocarunt Marcionitae: *An vultis, inquit, primum dicam quomodo hanc dilectionem adulterant, qui morbo laborant Marcionis?* Atque scio quidem fore, ut risum multum moveam: *Verum enim vero etiam propterea maxime dicam, ut eum morbum magis fugiatis.* Nam postquam Catechumenus quisquam apud eos (Marcionitas) excesserit, sub lecto mortui absconsō aliquo, qui vivit, accedunt ad mortuum & alloquuntur & rogant, velutne accipere baptismum? Deinde illo nihil respondente, qui est absconsus inferne, pro illo dicit se velle baptizari: *Et sic eum baptizant &c.* adeo si non ipse semper mortuus, scenico quodam ritu alter alterius loco baptizabatur *Hom. XL. in 1. Cor. XV.* vid. pl. apud *Constantin. Harmenopulum de Seclis c. XI.**

*Probatur elec-*  
*tio infantum*  
*non baptiza-*  
*torum,*

XXX. Pro infantum etiam non baptizatorum electione nobis argumenta in sacris supererescit videntur. De ordinaria, qua homines ad salutem perveniunt, via, sermo nobis non erit, sed de extraordinaria omnino, in sacris tamen abunde satis demonstrata. Sacramenti initiationis par-

participatio absolute non requiritur, quod exempla fidelium V. T. qui ante circumcisionem institutam obiere, foeminarum item, sine circumcisione in foedus receptarum, facile probare possunt. Mediis a se datis DEus alligatus *Deus non ali-*  
*non est.* Partus quilibet commendatus DEO est precibus *ligatur medi-*  
*us,* vel Parentum, vel cestantibus etiam his, Ecclesiae, quis de *Preces Pa-*  
*exauditione earum vero dubitaret, in casu divinitus im-*  
*missio?* Patrum hucusque stetit sententia: *Contemnus, non Privatione non*  
*privatio damnat, licet vel maxime etiam Parentes conte-*  
*mnant, vid. omnino Gerb. Conf. Catb. p. 1109. b. n. 6. & Hun-*  
*nius de Sacram. p. 102. seqq.* Incredulitatem, non vero sine  
*contemtu omisum baptismus, damnationis causam allegat*  
*Christus Marc. XVI. 16. Sacramentum baptismi impletur in-*  
*visibiliter, cum id ipsum non contemnus Religionis, sed articu-*  
*lus necessitatis excludit, Augustinus ait, L. 4. de Bapt. c. 24.*  
*Infantes dantur non circumcisi, de quorum salute nefas Non circum-*  
*effet dubitare v. g. qui Pharaonis iussu abiiciebantur in a-*  
*cisi salvan-*  
*quam, Exod. I. 22. qui moriebantur in deserto, intra 40. annos enim circumcisio non fuerat Ios. V. 5. Accedit filius Davidis non circumcisus, cum quo coniungi tamen Pater vehementer desiderabat. 2. Sam. XII. 18. 23. quod argumentum Ambrosius mire urget, pro afferenda salute Valentinianni Iunioris, qui sine baptismino deceperat, *Concion. in obit.* Valent. Quidni proinde de Sacramento initiationis N. T. paria admitteremus, & pro electis adeo haberemus illos, qui divini huius praecepti transgressores non fuere? vid. Forbesius l. c. p. 505. seqq. 510. seqq. Meissner. *Anthrop.* p. 202.  
 seqq. Strauch. *Consens. Reperiit. punct. 65. p. 424. seqq.* Non suspendebat latronis in Paradisum ingressum baptismus non-baptizatum collatus, *Luc. XXIII. 43.* Catechumenorum quam-rum, plurimi, priusquam baptizabantur, credebant, furore ergo Tyrannorum abrepti, martyrii coronam consequebantur. De Valentinianni obitu Ambrosius multa notatu digna l. c. per-  
 fcri-*

scripsit: saepe, inquit, me appellabat absentem, & a me initian-  
dum se sacris mysteriis praeferebat. --- Iam superabam Al-  
pium iuga (Viennam enim, Valentiniano in Italiam cogi-  
tanti Ambrosius accersebatur in occursum) & ecce nuncius  
amarus mibi & omnibus de tanti morte Imperatoris. ---

**Consentient  
dissentientes,**  
**Electio mori-  
entium in  
utero,**

Quem in Evangelio eram generatus, amis: sed ille non ami-  
fit gratiam, quam poposcit, --- vita iam fruitur aeterna l.c.  
Quam faveant nostrae fententiae illi, qui alias dissentient,  
prolixe expositum vid. ap. Gerhard. Conf. Cath. p. 110. seqq.  
Ittigium l.c. §. 30. Forbehum l.c. p. 493. Atque haec qui-  
dem argumenta non saltem pro iis infantibus, qui editi  
sunt in lucem, sed quam maxime etiam pro iis, qui in  
utero iam tum materno extinguntur, valere existima-  
mus, horum itidem electionem, siquidem in Ecclesia Pa-  
rentes vivant, dubiam quis reddat? Absentia contemtus,  
preces Parentum vel Ecclesiae, promissiones femini fa-  
ctae Gen. XVII. 7. Ad. II. 39. huc utique spectant. Chri-  
stus in utero virginali delitescens infantum vel horum et-  
iam Servator est. Plura non attingo, quae pro istorum  
electione alias afferri possent.

**Obiiciunt c.**  
**Infant. non  
baptizat. E-  
lectionem,**

XX XI. Varia quae hic moventur, non baptizato-  
rum infantum electioni minime obstant. Non sequi-  
tur, horum sic electionem factam esse ex absoluto de-  
creto, qualem electionem admittit Beza, qua, si infantes  
electi non essent, etiam si vel millies baptizarentur externo a-  
qua baptismi, illis tamen nunquam fidem a Spiritu S. dona-  
ri, asserit Colloq. Mompelgard. p. 469. Fide, licet extraor-  
dinarie excitata, hi perinde ad salutem perducuntur.

**Effatum Chri-  
sti Job. III. 5.**  
periclitabi-  
tur,  
**Respond.**

Obvertis dictum Job. III. 5. Nisi quis renatus fuerit &c.  
Resp. si absolute hoc valet, quid de exemplis non bapti-  
zatorum supra allatis iudicabis? sermo igitur h. l. est de  
modo pervenienti ad salutem ordinario, & quando pe-  
nes homines est, ut infans renasci possit. Pontificis,  
qui

qui hoc in primis urgent, opponimus illud: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis (iuxta plurimos Pontificios sacramentaliter) non habebitis vitam Job. VI. 53.* E. nemo sine S. coena potest salvare? Absit! Circumcisioni, si non adhiberetur, gravissima itidem comminatio exterminationis addebat; Interim tamen in exemplis supra commemoratis absens minime nocebat, de baptismo cur non paria praesumeremus? Dicis P. O. a Parentibus contractum infantes eiusmodi damnabit, Resp. P. O. ut remissum in his infantibus consideratur, ob fidem divinitus excitatam, adeo, ut sic in actuali damnatione vires exercere non possit. Vid. pl. ap. Feurborn. de Stat. Infant. sine bapt. desced. Fac. II. Disp. 7. p. 294. seqq. Si obvertas, corpuscula tamen haec, hoc modo demortua, vel prorsus non in Coemiterio, vel saltet in angulo eius admodum obscurō sepeliri. Resp. ritus hunc, qua possumus, contentione animi detestamur. Cur laborem enim afficare niteremur illis, quos vivere beatos cum Deo diximus? Nulla ergo huius ritus ratio subest, non damnatio, quod diximus, & si haec causa esset, cur non potius alii, qui ἀπέστολοι καὶ ἀπεταύνοι discidunt, hoc citius beneficio, quam infantes depravarentur? vid. Feurborn. I. c. p. 328.

XXXII. Progredimur ad finem huius, de electione infantum disquisitionis, & palam adhuc denierum *O. Christianorum Infantes* que profitemur, omnes Christianorum infantes, anteante A. D. annos discretionis obeuntes, esse electos. Quam hic *obeyentes, sunt electi,* accusent *Reformatos Arminiani*, quantaque contentione *contra Reformatos,* probent, infantum plurimorum, ex fidelibus natorum *Episcop. in Antidot.* c. 4. T. II. Opp. P. II. p. 28. Vid. etiam in primis c. 5. p. 28. seqq. Malae Reformatorum causae indicium poterat esse *Male consenserunt;* illud, quod mire admodum in hoc capite inter semetipsos

ipsoſ difſentiantur. Belgici in infantia morientes electis acceſſent, *Act. Dordr. P. III. p. 11.* Britanni tacite velut excipiēntes, circumſtaniam aetatis impertinentem prorsus, & quae nibil operetur, reſpetu eleſſionis diuinæ vel ponendæ vel tollendæ, agnoscunt. *l. c. p. 10. §. 7.* Gomarus ante uſum ratioñis decedentium eleſſionem pie ſalem credit *l. c. p. 24.* Synodus Suyd-Hollandica in haec plane curioſe inquirendum non eſſe, contendit, ſiquidem in infantia fidelium infantes moriantur. *l. c. p. 39.* vid. *Depurat. Zuyd-Holland. Judic. Synodo exhib.* ubi ad τὸ ἐπέχειν manifeſte confugint, & frigide de teſtimoniis ſcripturae, quae ſolatio affiicit Parentibus ob obitum infantum eſſe poſſunt, ſentiunt. *In Iudic. Theol. Provincial. p. 80. §. 4.* Conf. *Episcopus in Exam. Thes.*

*Aperte diſſen-Capelli T. I. Opp. p. 170.* Apertiū vero cordatiuſque pro-  
greditur Nicolaus Vedelius, cum inquit: *Quot ſunt, eruntque  
in inferno miſelli infantuli, qui nec unquam boni maleve  
cognitionem habuerunt?* *Quot ſunt damnati, qui, quamvis ſine  
DEI timore in hoc mundo vixerint, crimina tamen forſan tam  
gravia, aut graviora ſaltem, quam tu patraſti, nunquam com  
miſere &c.* En tibi egregium contra triftiam argumen-

*Perverſis hy-tum!* *In Hilario s. Antidot. contra triftit. c. 3. p. 119.* De hy  
potheſib⁹ im-pothesib⁹ Reformatorum quibusdam, quibus ab hac veri  
tate noſtra longius digrediuntur, pauca commemorabo.

Baptiſmum ſolis prodeſſe infantibus electis dicunt. vid. *Vrſin. Comp. p. 545.* Beza in *Colloq. Mompelgard.* p. 435. In infantibus non electis Spiritum S. viii Baptiſmi interioris non exferere contendunt *l. c. p. 472.* *Piſciaor aperte profitetur, circumciſionem multis circumciſiſ non fuiffe Sacramentum,* Reſpons. ad diuī Hoffmann. c. 7. p. 80. Et deteſtaendum adhuc magis illud aſſertum Bezae eſt, quo dicit: *Non electis, licet vel  
millies baptizarentur, externo illo baptismo, Spiritum S. non  
donari, sed iuſto DEI iudicio relictos, ſua culpa perire l. c.  
p. 472.* vid. Menzer. T. I. p. 327. seq: *De baptismo ideo re  
pro-*

proborum peculiari studio disquirunt vid. Beza Part. alter.  
Resp. ad Act. Mompelg. Tr. de Praedest. it. in ipso Colloq. p. 469.  
Forbesii thesis est, quam fusius probat: *Reprobi non iustificantur in Baptismo* vid. in *Instruct. Histor.-Theol.* pag. 530.

§. 11.

XXXIII. Nobis Φορέας haec ἀνθεμετα minime placet, quin potius pro thesi supra expressa amplius nunc morientium adstruenda nitemur. Infantum sic p̄eiorē conditionē elec̄tio probatore, quam Diabolorum, qui scilicet singuli, & sua quidem tur, vincibili culpa lapi, demum damnarentur, Episcopius argumentatur in *Apol. pro Confess. Remonstr.* p. 153. Opp. Idem argumentum cum *Augustino Borreo Arminius* urget, vid. *buinus Arminio*, *Resp. ad XXXI. Artic. Opp.* p. 123. Sententia Theologorum Nobis constans est, omne peccatum mortale in renato, voluntarium esse oportere, hinc pro causa effidente illius *prava voluntas in peccatum consentiens* admittitur, *Koenig. Theol. Pos.* Ab actibus non proactis,

p. 93. §. 147. Quam diversa sequatur imputatio, quatenus voluntarium illud vel adest, vel abest, inter Philosophos quoque constat. Aristoteli id, quod deliberato consilio peragitur ἀδίνα & νανία item μωχθητικά malitia & improbitas, quod sponte quidem fit, non tamen ex proaeresi ἀδίνη, denique, quod non sponte fit, si παραλόγως, vel interprete Andronico πάρα πάσαν προσδοκίαν, praeter omnem expectationem accedit, αὐτόχθηna infortunium salutatur. L. V. Eth. c. 8. Infantes igitur εἰς προσάρτους minime agunt, usu rationis destituti, & notitia explicata, ac proposito vero ad rigorose voluntaria eiusmodi peccata committenda destituantur. In similitudine praevaricationis *Adae infantes non peccant* Rom. V. 14. Posito ergo, & actualiter infantes, generatim accepto termino, peccare; Non excutunt tamen, ceu regeniti fidem, cum persona Deo sit grata, adeoque dilecta inter venialia connumerantur. Aliter sentiendum est *Annos discreti* de his, qui ad annos discretionis pervenerunt, licet, quando tunis,

hi anni incipient, ob diversitatem ingeniorum, una affer-  
tione simplici decidi nequeat. *Lutherus* annum fere sextum  
esse, ait, quo homo incipiat ratione uti, in *Genes. IIX.*

*p. 407.* vid. Dunte *Caf. Consc.* Ob ein Kind von 7, 9, n. Jahr-  
ren, das da stirbt, und keine rechte Wissenschaft von Christo

hat, könne seelig werden *p. 801.* Posito proinde, talia ab in-  
fantibus committi, quae sua natura mereantur mortem;

quia tamen remedium adest in applicatione, meritum Christi,  
fide singulari ratione apprehensum, ob personae hanc  
conditionem peccatum ad damnationem non imputatur.

*Ab aequalita-  
te infantum,* Rationes, quibus movemur, ut quibusdam infantibus attri-  
buamus salutem, eae nos perinde adiungunt, ut omnibus, cum  
ante annos discretionis eadem sit omnium conditio, ean-  
dem largiamur.

*Ab incon-  
gruo,* Omnes in Ecclesia infant. damnare non  
poteris, si omnibus vero salutem attribuere nolis, aliam  
quaeso, praeter absolutum aliquod decretum rationem af-  
fer, quam inveniri vix posse credo; hoc vero Calvinianorum  
dogma est, quibus nunc illud obvertimus: Quo animo Calvinianus Minister baptizare potest eos, quorum  
plurimos pro electis non habet? Pronon electis Christus  
nuxta Calvinianos non est mortuus, quomodo ergo eos in  
mortem Christi baptizabunt *Rom. VI. 3.* pro quibus Christus  
mortuus non est? Compulsi hoc argumento nil aliud re-  
spondent, quam vel DEO arcana haec esse relinquenda, vel  
ministrum baptizantem dicere aut cogitare debere, siquidem  
hic sit in numero electorum, vel baptismum repro-  
borum esse merum elementum, vel iudicio charitativo hic  
dandum aliquid esse. En tibi egregia certitudinis fidei ar-  
gumenta! vid. *Menzer. T. I. p. 516. seq.* Nostrates certius sibi  
constant in sententia nostra *Christianorum infantes*, Meisne-  
rus inquit, quoniam per baptismum regenerantur & in filios  
DEI adoptantur, si statim in infancia deceidunt, antequam ma-  
litia cor ipsorum pervertat, sine dubio salvantur & pro ele-  
ctis

*At testimonis  
Meisneri*

dis merito habentur, *Anthrop. Dec. II. Disp. 18. p. 303.* Eadem *Kromayeri*, mens est *Kromayero*, secundum nostram sententiam, inquieti, de omnibus baptizatis infantibus, si priusquam malitia pervertat intellectum eorum, ex hac vita discedunt, secundum canonem veritatis, & sic infallibiliter, quod aeternae vitae sint haeredes, iudicamus. Scrutin. Relig. *Disp. V. p. 474.* Quod mireris, Sociorum pertaesus oscitaniae, sic mentem exposuit *Forbesii*: *Impossibile est, eundem esse reprobum, & esse fidelium Parentum infantem baptizatum, morientem ante usum rationis. Instrukt. Hist-Theol. p. 532.*

XXXIV. Obiicies forsitan: Quomodo sic vero vi-<sup>Obiicitur.</sup>  
ta longaeva inter beneficia Dei refertur, cum illustrius <sup>Sic vita lon-</sup>  
sit multo beneficium in infantia beate defungi? Resp. <sup>gavea non erit</sup>  
non negamus, illustre hoc utique esse; At enim nimium  
multa sunt beneficia Dei, hinc positio uno, non statim  
alterum removetur, & graduum diversitas ideo in iis  
non cessat. Verum est, viventes ac superstites pericu-  
lis exponi; At enim media etiam divinitus dantur, qui-  
bus acceptis, salvi incolumesque evadunt. Beneficiis  
pluribus perfruuntur adulti, quibus infantes per aetatis  
teneritudinem frui non poterant, scrutantur res divi-  
nas, mysteriis amplius, sacra in primis coena reficiuntur,  
nec salutem ideo, quod adulti facti sunt, sed ob alias  
causas amittunt. vid. Episcop. *Respons ad LXIV. Qu. T. I.*  
*P. II. p. 38.* Dissentis amplius: *Et vidi mortuos, magnos & Parvuli co-*  
*pullos, in conspectu Dei, & libri aperti sunt, & iudicati sunt ram tibrono*  
*bi mortui, ex his libris Apoc. XX. 12.* E. quod quidam ex *Apoc. XX. 12.*  
Nostris Theologis infert, ex magnis & parvis qui-  
dam miseri sunt in stagnum ignis. Resp. Primo de eo, quod  
ex parvulis nonnulli coniecti fuerint in stagnum ignis,  
nil habetur in textu, a iudicio enim ad damnationem  
N. V. C. Deinde, demus, quosdam fuisse eo coniectos,  
quo argumento evinces, fuisse infantes illos in gremio

H 3      Eccle-

*Parvuli adul-*  
*tiores facti*  
*degenerant &*  
*perirent.*

*Respond.*

Ecclesiae natos, ante usum rationis & annos discretionis demortuos? Pergis: Posito nunc aliquem, ut infan-

tem, iuxta nos, fuisse electum, si vero adultior factus de-  
 generat, damnatur. E. sic ex electo potest fieri reprobis.  
 Resp. Extra statum controversiae versaris, sermo nobis  
 fuit de infantibus in infancia decedentibus, prius scilicet,  
 quam ad annos discretionis perveniant. Caeterum  
 lubentissime damus, illos qui infantes fuere, deinceps  
 vero pesimè vivunt, & finaliter ita perseverant, nun-  
 quam, & adeo ne in infancia quidem electos fuisse.

*Embryones in*  
*utero electi,*

*De embryo-*  
*nibus quorum*  
*matres da-*  
*mmandae e-*  
*runt,*

*Embryones*  
*resurgent,*

*Embryones*  
*salvuntur,*

XXXV. Non dubitamus denique & embryones  
 quosdam, in utero adhuc conclusos fuisse vinculis in-  
 nexos, reputare pro electis. Quæstio vexata est: Tem-  
 pore extremi iudicij gravidae embryotribus in Ecclesia  
 haud dubie erunt; Ponas vero, quod fieri haud dubie  
 potest, matrem esse damnandam, quid de embryone,  
 nativitati proximo, fiet? Suspendimus iudicium, ne cu-  
 riosi nimium videamur, & sapientiae divinae rem omnem  
 permittimus. Resurgent embryones, siquidem vixerint  
 ante, Resurrexio quippe supponit mortem, mors vitam.  
 E. iudici sistentur. Non collocabuntur ad sinistram, ex-  
 rationibus supra, de electione infantum omnium in Eccle-  
 sia cito morientium, datis, E. ad dextram statuerint,  
 & consequenter electi erunt, de statura solliciti non su-  
 mus vid. Dunte *Cas. Consc.* p. 974. seq. Pro hominibus,  
 foetus eiusmodi vivi, qui prius sepeliuntur, quam nascun-  
 tur, quibusque convertitur in Coemiterium, quod viræ debe-  
 bat esse hospitium, dicente Gerardo, haberi utique debent;  
 Iam vero omnes homines in die novissimo resurgent,  
 vid. pl. ap. Iustin. in Qu. & Resp. ad Orphod. Qu. 13. p. 311  
 De salute embryonum eiusmodi amplius dubitari non  
 debet, Deum suum in tis perficit, immediata virtute sui Spi-  
 ritus illos ad vitam aeternam renovans, & peccata condonan-

*per*

per & propter Chrifum, qui ipfe quoque in utero infans fieri dignatus eft, ut declararet, se etiam in utero existentes parvulos, quando ad ordinarium lavacrum renascientiae pervenire non datur, sanctificare poffe. Hunnii verba funt, de Sacram. p. 292. Ex his efficitur, Forfetus fatetur, omnes Christianorum parvulos & parvulas, in utero morientes salvari, l.c. p. 520. §. 6. De martyrio embryonum in utero plura ibidem vide. Nos faltem ex his colligimus, si horum salus spe-  
 randa eft, afferi quoque electio debet. Electionem &  
 salutem infantum, qui extinguuntur in utero confirmatus  
 Gerhardus, modo ad contempsus absentiam, modo ad  
 preces Ecclesiae & Parentum, modo ad Christum in u-  
 tero delitescentem, modo ad promissiones femini factas  
 &c. provocavit, vid. L.L. T. IV. p. 1228. Imo vel signa  
 singularia embryonum divinitus data intueri decet. De  
 Iohanne exultante in utero non amplius dicam. Ambro-  
 fius Paracus Chirurgus apud Gallos non incelebris, vel <sup>Hinc sunt</sup>  
 uero orans, iuramento interposito confirmat, embryo in-  
 fe exsecuisse, quem in genua procumbentem, manusque  
 orantium ritu elevantem, deprehendisſet, De Generatione  
 hominis c. 14. Quaeri faltem hic poterat, de Monſtris, si Embryones  
 quae inter embryones inveniantur, quid de horum ele-  
 monſtratiſi an  
 ctione habendum? At enim, cum in hoc capite plura re-  
 censeantur ſaepe in exemplis, quam quae vel cum pruden-  
 tiorum Philofhorum, vel Theologorum etiam sententiis  
 combinari & conciliari poſſunt; praefabit hoc unico af-  
 erto explicuisse mentem: Quicunque partus monſtrosi-  
 ores ad baptismum, circumſtantis recte expensis, admit-  
 ti poſſunt, quosque resurrecturos aliquando colligimus,  
 de eorum, si decadent in utero, vel postquam prodiere  
 in lucem, electione nulli dubitamus. vid. Hutter. L.L. de  
 Bapt. c. 3. p. 650. Koenig. Cof. Conſc. p. 291. Conf Layman-  
 nus in Thol. Mor. Tr. I. c. 6. p. 313. Gerhard. L.L. T. IV. p.

*De partu  
abortivo,*

1124. Hulsem. *Prael. in F. C.* p. 482. seq. Danhauer. *Lac Catheb.* T. IIX. p. 634. De resurrectione monstrosum in specie vid. August. in *Enchirid. ad Laurent.* c. 87. De partu abortivo hic itidem moverur quaestio, ubi ita summatim progredimur, si vita adfuit, adfuit homo, anima rationali constans & corpore, acet non quoad omnes partes integrantes elaborato. *Alia vero ratio est*, Dunte ex Gerhardo docet, foetus abortivi, qui inanimis & informatus nondum vixit, E. nec mori potuit & per consequens non resurget. Cas. *Conscient.* p. 974. Si hoc, ergo nec electio foetus eiusmodi datur, cum iudici ne quidem sic fit aliquando sistendus. Merito hic, perinde Hutterus ait, *excludimus partus abortivos inanimes*, qui hominis definitionem non sortiuntur LL. art. 24. p. 882. vid. Augustin. *qui scrupulosime hac de re quaeri inter eruditos*, fatetur Enchirid. c. 85. 86. it. de C. D. L. XXII. c. 13. Gerhardo etiam propter tempus, quo animatur proprio foetus, difficulter inveniendum, τὸ ἐπέχειν tuncissimum videtur LL. T. IIX. p. 1200. conf. *Iustin. Qu. 13. ad Orthodox.* & Scholastici in IV. *Dist. 43. 44.*

*INFANTVM RE-  
PROBATIO.*

*Datur,*

XXXVI. De electione infantum sufficientant haec in praefenti, restat, ut de Reprobatione eorundem itidem nunc quaedam commemoremus. Scripturam sequimur, recessuri ab iis, qui velut convicti in animis, omnibus promiscue, quicunque demum sint, infantibus, provocantes perinde ad sacras literas, salutem tribuere solent. Si bene sperent, per nos illud licet, qui ex sacris edocet, potius pronunciamus, modo spei simul solida fundamenta proferre possent. Dari infantum Reprobationem, firmiter asseveramus & in multis adeo generales nimium, incautas sineque discriminé prolatas loquendi rationes notamus. *Infantum nec electio est, nec reproba-* *tio, Corollarium Arminianorum est* vid. *Act. Dordr.* p. 545. conf.

Conf. Sibrandi Luberti iudicium, approbantibus Polyan-  
dro, Tyso & Walaco de hac assertione datum, in Iudiciis  
Provincial. Syn. Dordr. exhib. p. 25. §. 8. 9. Conf. perinde  
iudicium Ultraiectinorum prorsus idem l. c. p. 99. §. 4. &  
p. 106. Deputatorum item Trans-Isulaniae l. c. p. 129. & Go-  
marus in Iudic. de 1. Remonstr. Artic. P. II. Opp. p. 279.  
Rationes assertio[n]is nostrae in progressu, suo quaeviſ Ob Rationes,  
loco, comparebunt. Ea sane, quae dum aderant, electio-  
nem infantum in Ecclesia viventium, comprobabant,  
in aliis quibusdam infantibus absunt. Dantur infantes,  
qui sunt χαρίς χειρῶ, απηλλοτριάμενοι τῆς πολιτείας τῷ  
Ισραὴλ, καὶ ζέονταν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, & quod ma-  
ius est, εἰπίδαι μὴ ἔχοντες, omnium maximum ἀθεοὶ ἐν τῷ  
νόσῳ Eph. II. 12. Dantur infantes, qui, dum DEV[erbum] sic  
habent iratum, mortalibus se subinde polluant peccatis,  
meritum Christi & in se, & in coetu suo ignorant, quo-  
modo E. illud apprehendent fide? Mysteriis non initia-  
antur, & proximum ad thesauros Ecclesiae aditum non  
habent, quod vel solum instantias, ab infantibus fideli-  
um petitas, evertit; discrimen scilicet, inter extra, & in  
Ecclesia natos, tam leve reputari non debet. Si dicas,  
ignorantiam horum infantum obstare, & DEV[erbum] pro po-  
tentia sua iis itidem succurrere posse. R. βάθος haud  
dubie aliquod divinum hic veneramur; interim tamen  
ignorantia non statim infert innocentiam. Bene speran-  
tibus, quod diutum est, in primis si spem suam solide com-  
probaverint ex sacris, non obloquimur. De potentia  
item Dei non dubitamus, iam vero saltem de voluntate  
Dei, in verbo p[re]facta, exponere, animus erat. Provo-  
cant alii, pro robore sententiae nostrae conciliando, ad  
locum Apoc. XX. 12. Et vidi mortuos, magnos & pusillos, in De loco Apo-  
conspicitu DEI, & libri aperi sunt, & iudicati sunt hi mor- cal. XX. 12.  
tui. Ergo, Hulsemannus addit, ex magnis & parvis flanti-

bus ante thronum Dei quidam missi sunt in stagnum ignis, Breviar. p. 1066. Liceat vero nobis ea, qua par est, modestia, profiteri, hunc locum non adeo videri firmiter probare illud, quod equidem debebat. Primo enim in stagnum quosdam pusillorum fuisse coniectos, non dicitur in textu. Deinde constat, per magnos & parvos scripturam non semper aetate & statura, sed quoconque modo diversos, homines cuiuscunq; generis & conditionis designare; In locutionibus vero scripturae proverbialibus non tam ad literam, quam ad sensum respicendum erat, vid Gen. XIX. 11. Ier. VI. 13. c. XXXI. 34. Ion. III. 5. Num. XXII. 18. 1. Sam. XX. 2. c. XXII. 15. 1. Reg. XXII. 31. 1. Chron. XXVI. 8. Job. III. 19. Psalm. CXV. 13. Movit hoc Tarnorium, ut Cornelium a Lapide securus, per magnos & pusillos dignitate & gradu in primis tales hic intellexerit, vid. in Medull. Evang. p. 272. Nemine excepto, qui unquam dixerat, Paraphrasis Osiandri est, ad b. l. Quid de infantibus Gentilium, eorumque salute vel sperandum sit, vel starundum, non videtur ullo modo enunciare locus Apoc. XX. 12. Fechtius ait, Thes. Polem. §. XXX. In supra igitur allatis argumentis tantisper acquiescimus, darie quorundam infantum reprobationem contendimus. Parvuli nullas adhuc habentes voluntates, Prosper ad Augustinum scribit, nullas proprias actiones, non sine Dei iudicio secernuntur: Alii assumuntur haeredes, & alii transire debitores. Perspicue magis Hulsemannus loquitur: Quosdam embryones & infantes esse reprobatos, INDVBIVM est, Breviar. p. 1066.

*Ob testimonia Theologorum.*

Infantum reprobationem non est absoluta, contra Pareum aliquosque

XXXVII. Minime tamen absoluta haec reprobatio est, quod Pareo videtur, quando infantes quosdam, qui moriuntur in Christo, antequam aliquid operari potuerunt, SIMPLICITER damnat, Respons. ad L. VI. Bellarm. de Amis- Grat. & stat. Peccat. c. 1. & in c. II. Rom. fol. 232. Suffragia Perkinsii, Donteckit, Zanchii, Ripperti Sixti, Collocutorum Hagi-

*Hagienium, Acta Dordr. Remonstrantium dabunt, ad Art. I.  
fol. 43. seqq. Conf. Append. presior declarat. ad Art. II. fol. 57.*  
Provocant equidem *Calvinus, Beza, Musculus Polanus* alii. *Non obstat,*  
que ad locum Rom. IX. ii. 12. *Nondum natis pueris &c.*  
at enim turpisima committitur Elenchi ignoratio. Ele- *Exemplum  
tionem, sine ullius boni & mali intuitu Apostolus asse-  
ruerat, ubi vero de reprobatione idem illud admisit?*  
contrarium potius constat ex v. 22. ubi praeparata a Dia-  
bolo scilicet ignominiae vasa, tolerari magna patientia  
doceat. Illud non repeatam, Esavum, de cuius salute *Chem-  
nicius* in peculiari quadam disquisitione egit, non prae-  
cise ut reprobatum hic intuendum esse. Recentior qui-  
dam ex dissentientibus alias, vel ipse dubitat, *quod If-  
maelem, inquit, & Esavum spectat* (NB. si bi quoque reprobis  
accensendi sunt &c.) vid. Excell. Holzfusius Tr. de Prae-  
dest &c. p. 148. §. 6. *Quem vult, indurat, loco dicitur eo-*  
*dem Rom. IX. 18.* At enim nec hic inveniunt dissentien-  
tes, quo nos conturbent; *tō velle scilicet DEI h.l. oppo-*  
*ritur non praevisiae infidelitati, sed tō currere v. 16.* Haec  
proinde Dei voluntas non excludit conditionem prae-  
visae fidei, sed opera saltem per naturam praestita, imo  
opera etiam sub lege Mosis per gratiam, hoc tamen fi-  
ne edita, ut aliquid mereantur, vid. v. ii. 16. 30. 31. 32. conf.  
*Hülsemann in Vind. p. 55. & 148. seqq. 161. seq. & in Brevi-  
ar. p. 1059. seq.*

XXXIX. Absoluta igitur infantum dum reproba-  
tio non est, peccatum haud dubie supponetur, & infan-  
tes adeo pro iis, qui vere peccant, reputandi erant. Mi-  
ramur *Arminianorum*, qui in alia hic digrediuntur, fidu-  
ciam. *Curcellaeus ideo, quod de Christo nihil audiverint,*  
infantes pro ignorantibus magis, quam pro peccatoribus,  
speciatim pro incredulis habet. L. VII. Inst. c. ii. §. 2. Nul-  
lam in infantibus corruptionem, quae rationem peccati

*Infantes  
peccant,  
Quod contra  
Arminianos*

habeat, eosque Deo exoslos reddat, agnoscit cum sociis  
idem L. c. L. III. c. 17. §. II. In peccato pueros non nasci;  
Ioh. Geysteranus confitetur, Ad. Dordr. p. 389. In peccatis  
concipi & nasci infantes, in scripturis se non legisse, Petrus  
Geysteranus ait L. c. p. 391. Episcopius concedit, infantes ex  
peccatoribus nasci, & vi cognitionis naturalis iisdem  
calamitatibus, quibus Parentes, obnoxios iacere, at ve-  
ro propriis saltet & actualibus peccatis se reos non fa-  
cere, vid. T. II. Opp. P. II. p. 311. spec. IX. Apertiū lo-  
quuntur Sociniani; corruptionem vitae & actionum in infan-  
te esse non posse, Smalzius ait, L. de natur. Fil. Det c. 4. fol. 21.

Hoc scilicet illud fundamentum est, quo nitentes, rege-  
nerationem infantum hoc fortius negant, vid. Catech.

Socinianos.  
¶ Anabaptistas, Raccov. c. 4. de Bapt. Qu. IV. Anabaptistae omnium homi-  
num infantes ante rationis usum extra peccati statum & pe-  
neculum damnationis constituisse, vid. Confess. eorum Art.

Probatur, IV. & XXXI. Aliter de re iudicandum erit infra, quando  
docebitur, etiam Peccatum Originis reos aeternae dam-  
nationis reddere infantes posse. Sententia haec crudelis

non est, prout sentiunt de ea Arminiani, vid. Apolog. c. 7.

Illi sane, qui in similitudine peccati Adae non peccarunt, ta-  
men aeternam damnationem etiam promerentur Rom. V. 12. 14.  
16. 18.

Peccatum originis ad omnes transit, hoc vero  
non in omissione saltet, sed in commissione simul con-  
fissit, cum non sit privatio nuda. DEV S iuste rerribuit

vindictam, non solum in illos, qui reiiciunt Evangelium, (pro-  
aeretice & ex affectata malitia peccando) sed etiam, qui

ignorant DEV M, z. Thess. I. 6. 8. De peccatis infantum a-  
ctualibus thesi sequenti dicemus, hic saltet Hulsemannum  
adhuc audimus: Falsum est, inquit ob solum P. O. neminem

ad poenam sensus condemnari, ut post Arminianos c. 7. Apolo-  
disputatio quaedam Regiomantana anno superiori habita, in

corollariis afferuit. Quanquam enim de Christianorum infan-

tibus

tibus non baptizatis aliud iudicemus, de Gentilium tamen infantibus manet vera Christi sententia Ioh. III. ult. ira Dei manet super ipsos. Vindic. p. 38. §. 29. Sed enim, provocant ad sanctitatem infantum i. Cor. VII. 14. Resp. a sanctitate quorundam Ecclesiastica ad spiritusalem & inb. aefv. am omnium N. V. C. Pergis: *Infantes nec boni quippiam, nec maliti faciunt Rom. IX. ii.* Resp. Remota malitia proeretice actuali, non statim ideo removetur omnis. Contendis Vindicatur, amplius: *Infantum sanguis innoxius est Psalm. CVI. 38.* Resp. innocentes sunt infantes, respectu flagitorum enormium, non omnium, innocentes, non ἀπλῶς, sed συγκριτικῶς, in comparatione ad adultos, innocentes coram hominibus, non coram Deo, uti Iona *sanguis innocens erat c. l. 14. coram nauris scilicet, apud quos mortem non erat promeritus, minime vero coram DEO.*

XXXIX. Actualia peccata quoque in infantibus nunc porro observamus, & vel ideo magis absolutam eorum reprobationem repudiamus. Varii sane sunt, a quibus hac nostra positione dissentimus. De Pontificiis, speciatim Bellarmino res certa est, quando actuale quodvis peccatum, omissionis etiam infantibus attribuere dubitat L. V. de amiss. Grat. & star. peccat. c. 4. Tibias easdem instant Arminiani, speciatim Arminius infantes omnes sine discriminine esse eos, qui peccata actualia non committerent, ait. vid. Respons. ad XXXI. Artic. Opp. p. 123. seq. Mire invehitur Episcopius in sententiam de damnatione infantum ex hac praecise ratione, quod, dum propria, aequalique culpa destituantur, sic propter peccatum & culpat alienam damnandi essent Opp. T. II. P. II. p. 153. num. 87. Ex eodem capite operationem Spiritus S. in infantibus negat, quia sufficeret, eos mori sine actuali peccato l. c. quod nisi esset, infantum peior longe deteriorque conditio quam Diabolorum foret, quos culpa sua damnatos esse constaret. l. c. Non possu-

*Syncretistas*

possumus non, quin etiam *Syncretistas* in hac serie recensamus, vid. *Apologet. contr. Buscherum P. II. Q. 8. p. 217 seqq.*

*M. M. Z. P. P. M. M. Z. P. P.* Regiomonti progrediebatur, dum scripta de *Peccat. Actual. Infant.* dissertatione negativam amplectebatur. Maxime omnium movebat, ipse inquit, quod certus essem, & scripturae sacrae, & doctrinae Catholicae Ecclesiae, quin & nostris Theologis penitus esse adversum dogma illud, quo infantibus tenellis peccata actualia, ab originali labe distincta, tribuntur, Dedicat. *Append. Testimoniorum.* Ita ex discipulo Dreier hic demum hyperaspistes factus, facile Doctoris sententias amplius disseminabat. Monitores non deerant, *Isingius* in primis, quod vero in *Praelationibus publicis* ille in primis indigne admodum ferebat. Alios simul naevos, occasione dissertationis *de Diabolinitate de Christo ante eius mortem notatos*, modeste indicavit *D. Io. Maukisch in Epist. ad I. C. Isingium de pericolosis & pernitiiosis Hypothes. ac Error. Cl. Dni. M. M. Z. P. P. publice sparso.*

*Actualia infantum peccata,* XL. Nullis horum argumentis movemur vero, quominus pro vere actualibus infantum peccatis nunc amplius nitamur. Saltem in antecessum notamus, actualia peccata esse alia voluntaria & προαισχητικά, alia ἀνεπιθύμητα & non electiva; negatis illis, non protenus & haec negari statim infantibus debent. *Fuerbornius*, sensu prorsus eodem, distinguit inter peccata actualia *latius* & *generalius* accepta, pro quibusunque actibus & motibus ἀνόητος & peccabilibus, nondum coniunctis cum pleno rationis usu cunctis τῶν ἐνθέσιών καὶ προαισχητικών, & inter eadem pressius & speciosius, pro actionibus & operationibus, cum rationis usu praecellestionque & assensu connexis, priori sensu ea accommodat ad infantes, *Dissert. de peccat. Infant. actual. Fas. II. Opp. p. 213. §. 8. 9.* posteriori vero fusius removet, *I. c. p. 224. S. 48.*

*ἀνεπιθύμητα προαισχητικά ταῦτα talia sunt,*

*Duplex peccatum actualis actuale,*

48. seqq. Peccati actualis octo species *Gerhardus Loc. de Peccat. §. 63.* Meisnerus undecim *Anthrop. Dec. I. Disp. 9.* Prooem. §. 4. alii pauciores recensent; rō voluntarium vero subinde non nisi cum membro opposito actualis peccati latitudinem exhaustit, ut adeo cum voluntario combinari semper, & quovis significatu acceptum, non debet, quod factum a Zeidlero vide *de Peccat. actual. Infant.*

§. 1. 2. 3. 4. rō προαγετινὸν frusta pro formali peccati actualis cuiusque supponitur. Peccata ignorantiae pro a. et alibus haud dubie habentur, & tamen licet rō προαγετινὸν non aderat, quandam pro eiusmodi peccatis habebantur, quae expiatione per sacrificia opus habebant *Levit. IV. 2. 16. 22. 27. c. V. 14. 17.* Peccata actualia quaedam sunt voluntaria, quaedam involuntaria, Gerhardus ait. *LL. T. II. p. 703. §. 19.* Infantum haec peccata, actualia illa obscuriuscula, sunt, quae Kromayerus vocat, propterea, quod ὅπερ ζεις λογικὴ καὶ λόγος ὀρθητικός, ut Philosophus loquitur, *III. Ethic. c. 2.* in iis non observatur. *LL. Anti-Syncret. p. 138. seq.* Tam late ergo, cum peccatum actualle pateat, queritur, quomodo sit in ea latitudine describendum? *Philippinam contra Eccliam* definitionem assumit *Hulsemannus*, qua describitur, quod sit *defectus vel inclinatio vel actio pugnans cum lege Dei, offendens DEVM & faciens nos reos irae & damnationis aeternae*, *Vindic. p. 372.*

XLI. Modo definito infantes actualiter peccant, *Probatur, infantes actualiter peccare,* quod amplius nunc probamus. Dantur transgressores & defectores ab utero. *Ej. XLIX. 8.* respectu pravitatis ingenitiae, cum suis tamen motibus actualibusque vitiosis conexae, ut in baptizatis sunt *B. O. a Spiritu Sancti* inhabitantis gratia excitata: ita & in iisdem sunt mala opera, a peccato Originali, post baptismum residuo, oriunda, vid. pl. ap. *Teubornium de Peccat. Infant. actual. l. c. p. 224.* §. 45. 46. Species peccatorum actualium in infantibus

CON-



*Species Peccati Actualis  
in infantibus  
dantur,  
Infans erga  
collectanciam  
zelans;*

*Radix pecca-  
ti nunquam  
otiosa.*

conspiciuntur, v. g. ira, rancor, impatientia, fastidium, gestus incompositi, laesio lactantium &c. De invidia infantis erga collactaneum Augustinus scribit: *Vidi ego & expertus sum zelantem parvulum, nondum loquebatur, & insuebat pallidus amaro aspectu collactaneum suum: certe eiusmodi pravitas non est aliunde, nisi a malo isto, quod manet post baptismum reliquum, T. I. L. I. Confess. c. 2. p. 30. Quae Zeidler hic dubia videntur, nos adeo non detinent, cum ad peccatum actuale proaereticum spectent, vid. Dissert. cit. §. 10.* Peccatum Originis in infantibus porro nunquam est otiosum, sed semper actiones vitiosas gignit, infantibus licet insciis. *Actuale peccatum, quale in peccato originis esse solet, cuius radix nunquam otiosa est, sed semper actiones vitiosas gignit, infantibus, licet insciis, inesse, negari non debet. Eius enim indicium est ira, impatientia, relutatio in bono, fastidium & similes pravi morus, quibus infantes etiam ante annos discretionis sunt obnoxii.* Balduin. ait Cas. Conf. L. IV. c. 8. p. 794. Bene B. Lutherus in assert. Art. 3. contr. Leon. Pontif. *Impossibile est, ut fomes sit absque actuali peccato.* Et. Chemnitius in Locis Philippi: *Malum Originis non est res otiosa, semper in Originali malo sunt actualia peccata, pl. vid. ap. 10. Meisnerum Dissert. peculiar. de Peccat. Infant. Actual.* Inclinatio ad malum hoc vel illud, peccatum quoque actuale internum est, ignorantia perinde, assensus itidem, si malum quodpiam obiiciatur, licet hic non eo gradu sit in infantibus, quam quo est in adultis, docente Hoepfnero LL. p. 231. Infantibus competit actiones; haec aut erunt ἄνοια aut ἐννοία: Non hoc, ob carentiam iustitiae originalis; Ergo illud, quod argumentum Kromayeri est LL. Anti-Syncretist. p. 138. & 256. Primi pravae concupiscentiae motus dantur haud dubie in infantibus, illi vero, et si ratione Originis, ceu effectus ad Peccatum Originale spectent, ratione complementi & comple-

pletiae existentiae tamen ad actualia delicta spectant, quod vel ex eo patet, quod effectus Peccati Originalis sint. Prima quasi puncta hi motus concupiscentiae actualis sunt; haec vero inter peccata actualia refertur, quod bene alii cubi Hoepfnerus docet: *Primi motus concupiscentiae, quibus nondum adest sensus, & delectatio, &c. & vere loquendo sunt peccata actualia, inquit, idque tribus rationibus probat 1.) concupiscentia actualis, sic loquitur, eß peccatum actuale: At motus isti sunt partes, aut prima quasi puncta actualis concupiscentiae: E. etiam sunt peccata actualia 2.) quia definitio peccati actualis iis competit, sunt enim a quoque motuum sive actionum. 3.) Quia effectus non potest esse causa: sed primi motus sunt effecta peccati originalis, teste Chemnitio. Ergo non sunt pars aliqua causae i.e. peccati originalis. LL. p. 234. §. 26. Eadem mens est Gerhardo, asserenti, non esse absurdum, quin nec a D. Lutheri & D. Chemnitii sententia alienum, etiam hos primos concupiscentiae motus quodammodo ad actualia peccata referre, vid. LL. T. II. p. 717, conf. omnino Feurbornius l. c. p. 213. §. 10. seqq. & p. 219. §. 30. Denique vel formula etiam Ecclesiae, qua in baptismo parvolorum utitur, pro nostra assertione valet, de Cantico Ecclesiastico non commemorabo:*

Und ist für ihm ein rothe Fluth /  
Mit Christi Blut gesärbet /  
Die allen Schaden heilen thut /  
Von Adam angeerbet /

Ach von uns selbst begangen /

Sed ad preces, in baptismo parvolorum pronunciari sveritas, provocabo: *Dass durch diese heilsame Sündfluth an ihm ersäufet und untergehe / alles was ihm von Adam angeerbet ist/ und er selbst darzu gehan hat.* Nihil soliditatis habent, quae M. Z. cum Doctoribus suis hic obvertit, vel saltem peccatis infantum actualibus, quae nos adstruimus,

*Formula Ecclesiastica  
peccata actu-  
al. infantibus  
tribuit,*

*De loco Balduini,*

mus, non opponuntur *l. c. §. 16.* Ad *Balduinum* tamen provocat, qui doceret, *Cas. Consc. L. IV. c. 8. Cas. 3.* hic Witembergae isthaec verba in Parenthesi exhiberi, nec adeo apud nos in infantum baptismo pronunciari; At enim, sequentia *Balduni* verba attendere debebat, quae pro affirmativa egregie pugnant: *Non tamen errant, qui in baptismo infantum ipsis verbis utuntur.* Non enim omni actuali peccato infantes carent. Sed distingendum est inter actionem προαγετικήν, quae cum deliberato proposito est coniuncta, & inter eam, quae peccato originis est propria, quam Quicunqun nominare posses, quia a natura corrupta oritur, & tanquam efflusus vitiosus a peccato originali, tanquam a causa prava profluit. - - - Actuale autem peccatum, quale in peccato originis esse solet, cuius radix nunquam otiosa est, sed semper actiones vitiosas gignit, in infantibus, licet insciis ineffe, negari non debet. Eius enim indicium est ira, impatientia, reluctatio in bono, fastidium & similes pravi motus, quibus infantes etiam ante annos discretionis sunt obnoxii. Et hoc reslexerunt Veteres pozisimum, qui verba illa, und er selbst darzu gehan hat/ precibus baptismalibus inseruerunt. *Cas. Consc. p. 793.* Et quid? si pari ratione, uti dissentiens, de editionibus *Johanni Daubmanni A. c. I. l. LXIX. & Georgii Osterbergii A. c. I. l. XCIX.* excusis, in quibus vitiis typographicis haec verba annumerat, & nos de verbis *Balduni* iudicaremus? imprimis dum exemplaria aliud docent, & *Quenstedius* expresse ad *Julicium Quenstedii*, amanuensium oscitantiam haec retulerit: *Certum est, inquit, neque in Parenthesi verba illa legi, neque unquam omissa, sed semper ab eo usque tempore, quo formula illa conscripta est, in baptismo cum adulorum, tum infantum quoque adhibita fuisse, & adhuc adhiberi, hinc manifestum est, periodum istam, ut multæ alia, virtus amanuensis in librum ipsum B. Balduni irreppisse, neque enim verisimile est, cum ritus ac ceremonias illius Ecclesiae, cuius cura ipsi demandata erat, ignorasse. System. Loc. de*

de Peccat. p. 154. Caeterum, quod dixi, pro formulae veritate Baldini loquitur l. c. Dunte perinde Cas. Consc. p. 476. seq. & in primis Kromayerus LL. Anti-Syncret. p. 139.

XLII. Sed vero, Peccatum actuale communiter definiuntur per actionem contra legem, propria voluntate commissum, finitionem R. Scimus Scholasticorum hanc esse definitionem ap. Thobaldum & Commentat. in l. 2. q. 19. Bellarminum etiam L. 1. de Actu. Peccati actus. G. & S. P. c. 2. At enim a Philippo aliisque dudum insufficientiae convicta haec definitio est, vid. Chemnitus L. de Peccat. c. 8. & Melanchthon in Actis Colloq. Ratisbon. seorsim a Bucero editis, passim. Amplius ex Philosophia constat, πρᾶξιν Φιλοσόφων propriè dici tantum illum, qui tendit ad finem & loſophicam, operatur ex προαιρέσει. Πρᾶξις ἀρχὴ προαιρέσεις, Philosopher inquit L. VI. Eth. c. 2. πρᾶξις μετὰ βελεύσεως ἐνέργεια est, iuxta Andronicum in Paraphras. ad b. l. πρᾶξις (est) ἐν οἷς τὸ βελεύσθαι (est) L. II. Eud. c. 8. ἐκ τῆς προαιρέσεως ἡ πρᾶξις ἀπογεννῆται l. c. R. Valent haec omnia de praxi rigorofa, philosophice admodum, & ita considerata, prout inde peccata actualia strictius accepta denominantur, de qua adeo, quod vidimus supra, hic ne quidem loquimur. In iudicio civili eiusmodi actualia peccata, quae dissentiens requirit, Meijnerus ponit, fereque postulat; in iudicio vero divino alia simul etiam admittit, vid. Anthropol. Dec. I. Disp. l. p. 151. §. 41. Πρᾶξις & ποίησις apud Philosophum etiam distinguuntur, vid. L. VI. Eth. c. 5. & I. M. M. c. ult. & tamen Scriptura passim haec inter se permutat, v. g. quod Christus vocat Θαῦλα πρᾶξτεν Job. III. 20. Johanni dicitur τὴν αἱματεῖαν καὶ ἀνοικαὶ ποιῶν, l. Job. III. 4. Locus Rom. V. 14. et Locum Rom. iam nihil probat, cum de peccatis actualibus proaereticiis loquatur, vid ex instituto Feurborn. L. c. p. 226. §. 55. seqq. Numne vero sic forsitan Peccatum originis & actuale inter discrimen inse committentur? R. In adultis quidem, iuxta Gerhardum, ter P. O. & P. A. admittit, a coaerent peccatum originale & actualia, ut non sit facile, tendum, homi-

bomini contentioso ostendere punctum mathematicum, in quo  
*uij inguantur LL. T. II. p. 717.* Interim tamen salvum discrimen manet, imo potius docetur felicius, siquidem id, quod actuosum est, ad peccata actualia refertur. *Matrix Peccatum Originis manet, si concipi, primus peccati actualis gradus infantibus etiam communis, oritur, cum scilicet pravitas generica ad certam velut peccati speciem determinatur; Si parit, per externa signa perversa egreditur natura, quod perinde in infantibus fieri solet.* Hic ergo partus nunc ille est, qui parentis insidiatur vitae, dum mortem generat, quae omnia eleganter exprimit *Iacobus c. I. v. 15.*

*Infantum ignorantiam,*  
*Peccata omissionis,*

Sed ignorant infantes, se peccare, quomodo E. peccabunt actualiter? R. Sic nec peccata ignorantiae in adultis actualia forent, per naturam & iure *Creationis tenentur ad perfectam cognitionem*, Hulsemannus ait, *Vindic. p. 373. §. 3.* Infantes potius omittere, quam committere, & vel sic actualiter peccare non videntur, R. cum Feurbornio: *omisso actionis non est actio, scilicet omisso, interim ipsa omisso est actio,* l.c. p. 222. §. 40. Sicut omisso malae actionis, est actio mala. Non dubitandum, iterum Hulsemannus ait, *tam omissionem boni, quam commissionem mali esse de forma peccati actualis l.c.* Testimonia Theologorum, si afferantur in contrarium, quod M. Z. peculiari labore & studio in *Append. cit. at.* egit, iis nec quicquam movemur. Facillimum esset, ex supra allatis parem contexere catalogum, & paucissimi insuper ibi allegati, de peccato actuali, uti hic accipiendo erat, loquuntur; alii etiam in contextu se satis explicant, vid. *Gieffenses Dispp. T. III. p. 361. §. 7. collat. cum p. 362. §. 11.* cum enim dixissent antea: *Tamen si autem actualia peccata recens nati infantes nondum commiserunt, omnes tamen contagium peccati, in ipso utero materno contraxerunt, ut in eos sententia Apostoli competit Rom. V. 12: in omnes homines mors pervasit, quatenus (εφ ω) omnes peccaverant ll. cc. Deinceps*

ceps subiiciunt: *Cum vero actualia peccata, i.e. neque furt a neque adulteria commiserint, neque nomen Domini blasphemari, reliquum est, ut peccato originali contaminati, coram Deo rei sint ill. c. Alii cum Augustino velut Retractationes scribunt, vid. Feurborn. l.c. p. 213. §. 8. Alii denique facile conciliari possunt, vid. Hulsem. l.c. p. 335.*

XLIII. Quod de peccatis actualibus infantum in genere *Infantes in haec tenus asseruimus, de infantibus etiam in utero adhuc uero actualiter peccant,* conclusis, quos perinde & ibi actualiter peccare existimamus, valebit. Actualis fidei sunt in utero capaces, quod supra ostendimus, quidni & actualium peccatorum? A sententia Kromayeri igitur ea, qua decet modestia, tanti sper digrediemur, scilicet arbitratur, *latentes in utero matris, vitam porius plantae & animalis, quam hominis vivere, consequenter actiones legibus obnoxias, non edere LL. Anti-Syncret. p. 138.* Intimius rem pensitat Feurbornius, cuius Theorema est: *In infantes, sive adhuc in utero matrum latentes, sive natos & lac maternum fugentes, vere & proprie dicta cadunt peccata actualia, in prima (latiori illa) significatione accepta. l.c. p. 213. §. 9.* In peccatis inalefcimus, prius peccatores sumus, quam vivi homines, quia *in peccatis concipiuntur, Psalm. LI. 7.* Peccatum originis semper est operosum, hinc motus ἀνομοι, *ἀποστέρως* licet, editi, a primo conceptionis momento haud dubie adsunt. *Alienari sunt impii מִרְמָה Psalm. LIIIX. 4. ἐπειδὴ ab utero Eſ. XLIIIX. 8.* quae verba significant non saltem *a nativitate, & partum adeo in lucem editum; sed etiam in matrice matris, foetumque adeo in utero adhuc commorantem, vid. de significatu priori Ier. XX. 17. de posteriori Iud. XIII. 5. c. XVI. 17. Psalm. XXII. 10. it. Psalm. LXXI. 6. Eſ. XLIV. 2. c. XLIX. 1. Of. IX. 11.*

XLIV. Altius provehimur, & qui reprobationis causas perspeximus, nunc ad subiecta proprius accedimus, *De Gentilium infantibus,*

ubi nunc maxime omnium de Gentilium infantibus quae-  
rendum erit. Licitum haud dubie est, dispicere de iis,  
salvaque Theologorum auctoritate, quorum nullus aper-  
te & confidenter nobis contradicit, sententiam ferre.  
*Nolite indicare*, verba equidem Christi sunt, *Luc. VI. 37.*  
at enim temerarium & praesumitivum iudicium hic di-  
fvidetur, solidum contra, & scripturae autoritate muni-  
tum, alibi modis omnibus commendatur, vid. *i Cor. II. 15.*  
*c. X. 15.* Es fan von dergleichen Fragen (de salute τῶν  
ἀπέριων) aus heiliger göttlicher Schrift und denen Kirchen-  
Büchern ohne alle Bitterkeit/ grossem Streit und schädliche  
Trennung in lauter Glimpf und Christlicher Bescheidenheit  
gehandelt wurden/ verba iterum Venerandi senioris nostri  
Deutschmanni sunt, in der Antwort der Theologischen  
Facultet auff die aufrichtige Übereinstimmung *P. II. p. 44.*  
Dum igitur ex rigore scripturae, non ex iudicio, quod vo-  
cant charitativo, de quo tamen infra; non ex misericordia  
DEI simpliciter, sed ex voluntate in verbo revelata, senten-  
tiā feremus, alia ea esse non poterit, quam qua repro-  
bis eosannumeramus. Plures sunt, qui diversa a nobis vel  
docent, vel docere videntur. Spectant huc illi, qui nihil  
discriminis inter infantes in, & extra Ecclesiam natos a-  
gnoscunt, de quibus deinceps. Referuntur huc merito  
quoque illi, qui peccato originali damnandi vim inviti,  
vel prorsus non attribuunt, propter solum originale peccatum  
nemo reprobatur, nemo damnatur: ideoque nec infantium re-  
probatio est. Grevingch. contra Amesum ait, vid. Franciscus  
Gomarus in *Judic. de I. Remonstr. Artic. in Judic. provin-  
cial. p. 33. §. 7.* Episcopio perinde est, quicquid sit de Pelagio,  
& quicquid in contrarium Augustinus aliquique indicaverint;  
sententiam insuper de vi peccati originalis damnatrice  
modo a divina bonitate & recta ratione alienam, modo hor-  
ridam, modo talem, in qua dubium sit, num maior absurditas

an

*Status con-  
troversiae,  
cum*

*Thesi,  
Variorum  
sententiae,  
discrimen in-  
fantum,*

*¶  
P. O. vim  
damnandi  
negantum,*

an crudelitas praepondereret, appellat T.H.Opp.P.II.p.153.n.87.  
 de quibus suo loco deinceps plura. Poenam non exitii, sed exi- Medium ali-  
 lii, exclusionem quidem e coelo, non vero inclusionem in quod inter in-  
 Gehennam eiusmodi infantibus Gregorius Nazianzenus, coelum con- sernum &  
 Ambrosius & auctor Quaestionum, quae Athanasio alias atriflentium,  
 buuntur, adiudicant. Pelagii sententiam: *Quo non eant, scio;* *quo eant, nescio,* Augustinus quidem reicit, vid. de  
*Peccat. Orig. c. 21. & contra Iulianum L. II. it sermon. 14. de*  
*Verb. Apostol.* at enim, ubi constat, difficulter invenit  
 ipse. vid. *Holzhausen l. c. p. 183.* Theologi saltem nostri, quo- *Theologorum*  
 modo in Quaestione, ad substantiam fidei & capita prin- recentiorum,  
 cipaliora non pertinente, sentiant, paucissimis adhuc ex-  
 ponemus. *Ἐπεχόντων* numero comprehendimus Gerhar- *ἐπεχόντων*,  
 dum *Loc. de Bapt. §. 237. T. IV. p. 1227.* & in *Confess. Carbol.*  
*L. II. P. II. Art. 12. c. 1. p. 1109.* Balduinum *Comment. in 1. Cor.*  
*V. 12. p. 349.* Danhauerum aliquo loco, scilicet *Hodosoph.*  
*Phaen. X. p. 729.* superest &c. Sebastian. Schmidum in  
*Compend. Theolog. c. 21. p. 176.* Calovium *Comment. ad. 1. Cor.*  
*V. 12. p. 298.* B. Meisnerum, quem dubium in primis ani-  
 moque haerentem vid. *Antibropol. Déc. I. Disp. 7. p. 208. seqq.*  
 & p. 215. §. 19. *conf. Dec. II. p. 113.* Hunnium. *T. I. Opp. de*  
*Bapt. p. 1035.* & in *Genes. c. VII. & XIX. T. III. p. 1505.* & 1584.  
*Brochmandum Syst. Loc. de Peccat. c. 6. Qv. 16. p. 188.* Af-  
 felmannum *Synt. P. I. p. 865;* aliosque quamplurimos. In-  
 ter bene sperantes numeramus in primis *Danhauerum lo-*  
*co continuato Phaen. X. p. 729.* Scherzerum *System. p. 169.* Bene speran-  
 & in *Breviar. Hulseman. encl. p. 627. ii 1036.* Carpzovium  
*in Iagog. p. 153.* I. A. Osiandrum *Colleg. System. P. VI. p. 150.*  
*Niemeierum* hodie *Disp. de Statu Gentil. poster. §. 61.* ali-  
 osque *conf.* Pfanner. *Theol. Gentil. p. 501. §. 17.* ubi ita  
 differens, priorum opinioni accedere videtur: *Addimus,*  
*quod fere excederat, homines in ignorantia ista constitutos, non*  
*multo minori iure veniam sibi depositare, ac ipsorum Gentilium*

*infantes, de quibus bene sperare videtur Tobias Wagnerus,  
Academiae Tübinger. Cancellarius, Inquis. in Act. Henot. Seſt.  
IV. c. XIX. §. ult., qui inclinantem in misericordiam DEI ſen-  
tentiam, quae bis infantibus ad eorum ſalutem favet, probabi-  
liorem exiſtitat ſententia rigorosa, quae iis ſalutem aeternam  
abiudicat. Perinde enim eſt, ſive aetas, ſive quae alia iuſta  
cauſa, ſcientiae, & quae hanc ſequitur, fidei, obſtiterit. l. c.*

*Afferentium, Qui apodictice & ſine trepidatione ſalutem horum infa-  
ntum afferuerit, ſimulque contra oppoſitam ſententiam eam*

*Quorum ex rigorofe defenderit, quique denique γνωτως alias docu-  
noſtris pauci, erit ubique, nec cum aliis periculis dogmatibus, (qua-  
le eſt, labem & naturam peccati originalis non eſte adeo  
pernicioſam) hoc combinaverit, neminem ex Theologis  
recordamur. Quando igitur talia invenimus apud non  
neminem: Es hätte Tarnovius dieser Meinung (de ſalute  
Gentilium infantum) wiederſprochen/ und andere zu reſu-  
tiren ſich unterſtanden/ damit aber nicht zu wege gebracht  
zr. ir. Ich rede auch nicht anders an dem angeführten Orte  
(ſcilicet quam Theologi bene ſperantes) nicht/ daß ich  
mich für meine Person der Sache nicht verſichert hiel-  
te/ ſondern den Schein einer Vermiſſenheit nicht auf mich  
zu laden/weil ſo deutſch die Sache in der Schrift nicht aus-  
gedrückt iſt/ quando talia, inquam, reperimus, mirum non  
eſt, Noſtrates ea, qua par eſt accuratione de his omnibus  
diſpexiſſe. vid. iterum Senior noster Venerandus Deuſch-  
mannus Trael. cit. P. II. p. 39. 40. 46. ſeq.*

*Poteram hic inſuper omnes afferre eos, qui dum Gentilibus adultis pro-  
miſcere ſalutem largiuntur, potius in infantes velut effuſe  
miſericordes nimiumque propensi ſunt; At enim prolixi-  
us eſt inſtitutum, quam quod in praefenti ingrediamur.  
vid. Diffr. ſub Fechtio bab. Anno 1697. de ſtatu Infantum  
Gentilium, cum in infantia decadunt. §. 22. Arminiani quo-  
que ex foedore Dei & merito Christi universali omnes Pa-  
gano-*

*Ex Natur-  
liſis,*

*Arminianis,*

ganorum infantes salvos pronunciant, vid. Philip. a Lim-  
borch. Theol. Christian. L. III. c. 5. §. 2. Reformati idem a-  
gunt, cum pro mediate foederatis infantes eiusmodi agno-  
scunt, quorum scilicet maiores foederati fuissent, Franci-  
eus Iunius nomine omnium loquatur: *Etsi* (infantes) se-  
cundum se, naturamque communem nostram damnabiles sunt;  
tamen non sequitur, sententiam damnationis in eos ferri oportet.  
*Quid ergo servabuntur?* omnino statim servatum  
iri, quicunque ex foedere, quicunque ex Electione sunt. Ex  
foedere autem sunt ordinarie illi, qui a foederatis Parentibus  
sive immediate, id est, a proximo Patre & Matre, aut utrovis,  
sive mediate, id est, a foederatis Maioribus, quamvis inter-  
rupta continuatione, processerunt, quemadmodum dicit DEVS,  
se exerciturum esse misericordiam in mille generationes, Exod.  
XX. 6. --- Neque dubitamus, quin eadem virtute foederis quo-  
dam de numero infidelium DEVS ex foedere sanctificet suos,  
pro eo foedere puta, quod maiores ipsorum percepérant.  
--- Quemadmodum olim ad foedus advocavit recens secundum  
Electiōnē suā eos, qui non erant, ut essent in foedere; sic  
etiam ab illo agente liberrimo idem beneficium omni tempore  
contingere. Infantibus autem cur minus contingat, quam aliis?  
Collat. de Natur. & Grat. contra Puccium Rar. 18. p. 331.  
Et porro deinceps: *Infantes igitur omnes secundum se me-*  
*rito damnabiles esse dicimus iustitia Dei &*, si quos damna-  
verit DEVS (qua de re ipse videt) damnari iuste: sed ta-  
men ex foedere servari affirmamus & ex electione, quosculan-  
que ordinavit ad vitam aeternam L. c. c. ii. Negantium ex  
Nostratis nunc quoque mentionem facere debebam,  
eorum scilicet, qui faciunt nobiscum; sed enim, thesi sta-  
tim subsequente, cum ex testimoniis simul assertionem  
nostram probabimus, commodius poterunt allegari. Sal-  
tem id unicum adhuc monemus, si inter Theologos no-  
strates quispiam interdum forsitan alicui referendus clas-  
sem videbitur, quam cui annumeratus est a nobis, id non  
erro-

errori nostro, sed discrepantibus tantisper eorum sententiis attribuendum esse. Factum hinc alias iam tum saepius est, ut idem Theologus a celeberrimis quibusque aliis modo ad hunc, modo ad illum ordinem fuerit relatus: De Dannbauero ex supra dictis constare arbitror; si verba scilicet priora attendis, pertinet ad illos, qui *τὸ επεχειν* arripiunt; sin ea, quae subsequuntur, attendas, bene sperantium ordine ac numero continentur, in primis, dum ad rationes, causam scilicet damnationis proximam, divinam potentiam & misericordiam, exempla item infantum apud Ninivitas &c. tanta cum fiducia provocavit *videlicet*. Alius itidem Theologi exemplum hue pertinet, cum nimum enim animo dubius ambiguisque haeret, modoque rationes probandi, modo rationes dubitandi & singulas quidem velut serio urgeat & persequatur, factum est, ut ad *ἐπεχειντας a Carpzovio in Isag. LL. Symb. p. 153.* ad duriores, quos vulgo vocant, *ab Hūlfemanno in Posthum. p. 370.* ad bene sperantes a *Wendelino Exercitat. p. 580.* referatur.

*Probatur nostra assertio.*

*Dura quibusdam visa,*

XLV. Duriorum communiter nomine appellantur, qui ambigui haerere nolunt, eamque sibi de Infantibus Gentilium eligunt sententiam, qua de eorum salute bene admodum sperare non possunt. Quicquid vero sit de nomine, five per errorem imputetur his, quide infantibus Gentilium loquuntur, pertineatque alioquin saltem ad eos, qui infantibus in Ecclesia decedentibus, sine baptismo in primis, dubiam reddere salutem allaborarunt; five etiam sententia ipsa dura videatur magis, quam illa aliorum: Non dubitamus, ei subscribere, eamque amplius ex rationibus subsecutur tueri. Praegnantia admodum sunt verba, quibus a salute Gentiles excluduntur, *inter quos & nos omnes conversati sumus olim, in cupiditatibus carnis nostrae, facientes, quae carni ac cogitationibus libeant: era-*nasque natura filii irae, *ut etiam reliqui, quo vero medio,* in

in sacris ostendo, Gentilium infantes ex hoc statu irae in Ex didis  
statum gratiae transferuntur? Epb. II. 3. mementote, vos il- Scripturæ,  
to tempore fuisse absque Christo, ab alienatos a civili statu Is- Epb. II. 3.  
raelis, & ex iraneos, quod ad pectorum promissores attinet,  
spem non habentes, & absque DEO in mundo, durius, quaeſo,  
quid poterat dici? Epb. II. 12. Vindictam in flamma ignis, I.c. v. n.  
omnibus minitatur alibi Apostolus, qui non norunt DEVVM,  
2. Theſſ. I. 8. Libri Symbolici perinde idem illud docent; 2. Theſſ. I. 8.  
iuxta Confessionem Augustanam peccatum Originis damnat & Autoritate  
affert nunc quoque mortem his, qui non renascuntur per bapti- LL. Symb.  
finum & Spiritum Sanctum Art. II. p. 10. Infantes vero pro-  
fanorum nec per baptismum nec per Spiritum S. rena-  
ſcuntur, infantibus faltem apud nos baptizatis, ultimum  
illud negari non debet. Spectant huc etiam verba Apo-  
logiae: Certissimum eſſe, quod promiſſio ſalutis pertinet etiam  
ad parvulos. Neque vero pertinet ad illos, qui ſunt extra Ec-  
clesiam Christi, ubi nec verbum nec Sacra-menta ſunt. Art. IV.  
p. 156. ad Artic. A. C. IX. loquitur ſcilicet de promiſſione  
speciali, quae media actu & efficaciter conſert, quod ex  
contextu patet. vid. Hulſem. Prael. in F. C. p. 370. P. O. non  
expiatum damnat Rom. V. 12, 18. 1. Cor. XV. 22. Rom. VI. 23. dammandi,  
Perspicua admodum eſt ſententia Hoepfnevi in hoc capite:  
*Infantes in Gentilitate nati, inquit, iuſte damnantur propter  
peccatum originis, quod in ijs non expiatitur, cum careant ba-  
ptismo & Christianis parentibus, qui in caſu neceſſitatis preci-  
bus ſuis apud Deum infantes ſuos ordinario hoc medio videli-  
cet privatos, per mortem praepoteram, Deo commendant in L.L.  
Loc. XXIX. §. 6. p. 426. plura hac de re dabimus infra. Fi-* A vi P. O.  
de, unico a parte hominis medio deſtituuntur, ſine qua- ciente,  
nemo Deo placet. Io. III. 16. Marc. XVI. 16. Hebr. VI. 2.  
Teſſ. I. 8. Nec verbum habent, nec baptismum, nec preci-  
bus Parentum Deo commendantur. Medium extraordi-  
narium non a ſola potentia Dei, ſed a voluntate eius ſimul  
L. 2 arcesi

arcessi debet. Ad media se Deus non alligavit, interim tamen & illud, num in hoc vel illo casu alligari nolit, etiam ex revelatione discendum est. Accommodentur rationes infantibus, apud nos non baptizatis, datae ad Gentilium infantes, & tum fidem in iis extraordinarie accensam perinde concedemus. Irregenitus, quoties peccat, peccat mortaliter, quam salutem ergo sic expectabis? *σωτηρία*  
*Theologorum sua adhuc stat veritas: Extra Ecclesiam non est salus.*

*Ex Analogia*

*Vid. Meissner. Anrop. Dec. I. p. 212.* Praxi Ecclesiae per multa secula receptum est, ut infidelium infantes, Parentibus erexit, citra eorum consensum non baptizentur, E. haud dubie regnum DEI ad eos sic non pertinere arbitrati sunt, prius scilicet, quam vel per Parentum fidem, vel, cum ipsi in fide informarentur, cives Ecclesiae fierent.

*A differentia vid. Diff. cit. sub Fechtio b. ab. §. 34.* Aestum sic etiam esset de inter infantes discriminine infantum sanctorum & immundorum. *i. Cor. VII,* in, & extra Ecclesiam na-<sup>14</sup> inter eos, qui foris sunt & intus. *i. Cor. V,* 12. inter filios pauci & exteriores. *Act. III,* 25. inter eos, qui immediate & mediate ad baptismum admittendi sunt. A defectu pre-  
*A precibus* cum Parentum Gentilium, & earum quidem, quas Deus exaudiat, argumentum hic non infirmum peti existimamus, sane inde momentum non contemnendum petitur, *etiam pro salute in Ecclesia decedentium infantum, vid.*  
*Kromayer. LL. Anti-Syneret. p. 257.* Instas: Si vero impii sunt apud nos Parentes, qui preces intermittant, tamen infantes salvantur? Resp. Supplet hoc Ecclesia, quod ex impietate Parentum cessat, quod apud Gentiles non fit. *Infantes in Gentilitate nati iuste damnantur, Hoepsnerus inquit - - cum careant baptismo & Christianis Parentibus, qui in casu necessitatis precibus suis apud Deum infantes suos - - Deo commendent. LL. p. 426.* Dicis: Gentilium infan-

infantes nostris precibus Deo sunt commendandi, id quod etiam a nobis fit, cum precamur: *Aller Menschen dich erbarme.* Resp. Conversionem Gentilium serio anhelamus, at enim per media divinitus ordinata expectandam. Gratiam prorsus extraordinariam precibus nostris ut exoptemus, ad illud in sacris nullibi excitamur. *De inconvenientibus sententiae contrariae vid. Fechtius loc. cit. §. 48.*

*Ab inconvenientibus.*

Kromayer. *Scrutin. Relig. p. 123. tb. 14.*

XLVI. Saltem de Theologorum confensione simul *A consensu Theologorum,* denique adhuc pauca subiiciemus. Ad dissentientes non provocamus, alias vel ipsius *Episcopii* lemma hic aliquid valeret. *Non debemus vereri dicere, eos periisse, quos Deus in verbo suo dñe T. I. Opp. P. II. p. m.* Patrum auctoritate res fusius probari posset, temporis lucrandi causa ad solum provocabimus *Augustinum, Firmissime tene, alicubi scribit, & nullatenus dubites, non solum homines tam ratione untenentes, verum etiam parvulos, qui, sive in uteris matrum vivere incipiunt, sive cum de matribus nati, sine sacramento sancti baptismatis (quod datur in nomine Patris, Fili, & S. S.) de hoc seculo transeunt, ignis aeterni sempiterno suppicio puniendos.* *Quia est propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & nativitate traxerunt. L. I. de Fid. ad Petr. c. 27. conf. Enchirid. c. 92.* Quae sane excusari haud dubie possent, nisi sic duriori, de fidelium infantibus non baptizatis, sententiae prælufiseret. Apertius fere adhuc *Lutherus:* *Hie haben wir ein GnadenUrtheil sicher und gewiß: Lasset die Kindlein zu mir kommen. Das wollen wir uns nicht nehmen lassen / das heisset nicht Gottes heimliche Gerichte und finstern Wahn / sondern Gottes gnädige Zusage / daß unsrer Kinder das Himmelreich eigen ist / so sie Christo werden zugebracht / denn ohne Christo ist keine Seeligkeit / darum sind die Türkischen Kinder nicht seelig / denn sie werden Christo nicht zugebracht.*

*Patrum,*

*Lutheri,*

L 3 T. II X.

*Gesneri,*

T. IX. Alienb. p. 57. Salomon Gesnerus, cum Zwinglii verba ex-pendit, quae haec sunt: Der Heyden Kinder aus dem ewigen Leben ausschliessen wollen / wäre gottlos / und wir ireteten sehr / daß wir über derer Heyden Kinder das Urtheil fäls-leten/ deinceps subiecit, es sey eine ungeheure und gottlose o-pinion. vid. Append. Vitembergenf. gründl. Beweis p. 276.

*Hoepffneri,*

De Hoepffnero diximus iam tum, sic etenim intrepide iudi-cavit: Infantes ex Gentilibus nati iuste damnantur, proprie peccatum originale, quod in ipsis non expiatum, cum careant ba-ptismo & Christianis parentibus, qui in casu necessitatis preci-bus suis apud Deum infantes suos ordinario hoc medio, videlicet baptismo privatos, per mortem praeposteram commendent. LL.

*Affelmanni,*

Theol. Loc. XXIX. p. 425. Iungatur antecedentibus Affelman-nus, cuius verba haec sunt: Infantes aut sunt infidelium, ex-tra Ecclesiam nati, de quibus usurpamus illud i. Cor. V. 12. quan-quam si scripturae ordinem consulamus, manifestum est, fidem esse donum Ecclesiae (non pater in coelis, cui non Ecclesia mater) ac proinde in iis, qui omnino sunt extra Ecclesiam, esse non pos-sé. P. I. Disp. XXIX. p. 805. Hulsemannum constat, aliquando mediae Dei scientiae multum tribuisse, at enim vero a nostris partibus stetit, cum ita scripsit: orthodoxos Theol. quod attinet, loquuntur iiquidem modeste de suppliciis infantum gentilium, non per absolutionem eorum, aut collocationem in aeternagaudia, sed per declinationem fori, quod facultatem iudicandi de his si-bi nolint arrogare, moti sententia Apostolica I. Cor. V. 12. Quid ad me eos, qui extra sunt, iudicare? Veruntamen si textum Apostoli propriis inspicimus, non loquitur de inconvenientia iu-dicii, circa aeternam salutem aut perditionem Gentilium infantum praecepit, sed de fugienda conversatione cum gentilibus, ob peccata contra naturam aliaque enormia vitia, quorum me-minit v. ii. Neque diffimulam iudem orthodoxi scriptores, quan-tum ex sacris literis constet, nullam fore partem infantibus gen-tilium in hereditate bonorum, in quem sensum verba Augusta-

*Hulsemanni,*

nac

urn:nbn:de:gbv:3:1-197434-p0094-6

næ Confessionis Art. 2. satis evidētia sunt : Quod vitium originis vere sit peccatum clamans & affrenis nunc quoque aeternam mortem his, qui non renascuntur per Baptismum. Et Apolog. Artic. IX. p. 156. certissimum est, quod promissio salutis non pertineat ad illos, qui sunt extra Ecclesiam Christi, ubi nec verbum, nec Sacra menta sunt, quia Regnum Christi tantum cum verbo & Sacramentis existit. Ad quae testimonia etiam provocavit Aegid. Hunnius Tr. de Baptism. c. II. tom. I. Op. f. 1035. 1040. rursus in Tr. de praedest. f. 280. sed p. 256. edit. in 8. Ubi exempla quaedam recitat arcavorum Dei iudiciorum, loco exempli etiam condemnationem infantum gentilium afferit, quorum multa millia ait obiisse & periisse. Praelect. in F. C. p. 369. seq. vid. etiam in Posthum. p. 38. & 369. Paulus Tarnovitus, quando varias esse circa quaestionem de salute Gentilium infantium, sententias confessus est, deinceps pergit: *Absi argumenta utriusque partis examinatur, deprehenduntur negantum, examinata ad normam scripturae & huic consentanea scripta symbolica nostrarum Ecclesiarum longe firmiora. Ex Gefnero deinceps haec notat: Consensum hic esse communem Theologorum, qui, eos dum iudicio Dei relinquenter, statuerent, eos salvare non posse, nisi dicamus aliud esse Dei iudicium, quam quod esset in Scripturis revelatum. Comm. in Iob. III. p. 265. seqq.* Fechtius, in Eccleiae foliatum etiamnum superstes, nobis quam maxime patrocinatur: *Tutior veriorque sententia est, inquiens, infantes Gentilium spem nullam salutis habere, ad quam tuendam, ipsa librorum nostrorum symbolicorum autoritate adstringimur in Thef. Polem. §. 31.* Aliorum Testimonia, speciatim Melanebitonis, Brentii, Heerbrandi, Hunni, Plurium alio-  
Bidenbachii, Leonhardi, Hutteri, Hassenrefferi, Io. Tornovii, Wal-  
theri, Mulleri, Varenii, Lutkemannii, Franckii, imo etiam Ca-  
lixti, Dreieri &c. vid. in Dissert. sub Praefidio Magnifici Fech-  
tii 1697. hab. de statu infantium a gentilibus progenitorum, cum  
in infantia decedunt §. 30. seq. Ne in alma etiam nostra  
defu-

*Pauli Tar-*

*Fechtii,*



defuisse sententiae defensae haec tenus nostrae Patrui videantur, provocamus ad illud, quod Anno 1545. inter Witembergenses, Lutherum, Crucigerum, Bugenbagium, Maiores, Philippum & Theologos Hassiacos evenisse legimus. Cum enim hi, quibuscum simul consilia Theologorum Witembergens. de componendis Religionis controversiis communicabantur, peterent, ut sententia de infantibus Christianorum non baptizatis decadentibus, articulo de baptismō simul insereretur, Electorales inter alia sic respondebant:

*Verum est, & teneri debet, quod infantes Iudeorum & Turcarum, qui nomen Christi super illos non invocant, sed execrantur, ad haereditatem Christi & aeternam salutem non pertinent, ideo Christus clare dixit.. Marc. X. 14. sicut parvulos ad me venire, talium enim (qui scilicet ad Christum feruntur) est regnum coelorum. Ad hunc sensum lectorum discretum breviter quidem remisimus, damnatos esse infantes, qui non adserantur ad Christum. vid. Seckendorff. L. III. Lubera. Sect XXXI. §. 129. p. 538.* Illorum temporum doctrinam, etiamnam esse nostram, maximopere laetamur, sic enim *Venerand. Nostrorum Theologorum ordo, Interpreti Sene pie semper suspiciendo, Dr. D. Deutschmanno.* : Daß Jüden- und Türkene Kinder unter den Sach der Confession in dero rechten Verstand nicht begriffen seyn / ist wider die klaren Worte / denn sie sind Adams Kinder / natürlich gebohren / in Sünden empfangen und gebohren / haben von Mutterleibe an die Erb-Sünde / wie sie privative und positive in den Worten der Confession eingeführet wird. Die Erb-Sünde ist bey ihnen wahrhaftige Sünde / eine verdamnable Sünde / sie sind unter dem ewigen Zorn Gottes / welches alles mit mehrern / wenn es nothig / ausgeführt werden könnte. Und weil sie außer der Kirchen seyn so seyn sie ohne Gott und ohne Christo Eph. 2/12. Ist also falsch / wenn es eine Ausnahme heisset auf Seiten der Christen Kinder / daß es auch eine Ausnah-

*Qui adhuc  
vivunt.*



me der Jüden und Türcken Kinder seyn müsse. Item: Es seyn bekante Sprüche in der alten und neuen Kirchen: Extra Ecclesiam non datur gratia, non datur Christus, non dantur Sacra menta &c. nec datur Salus. Bey solchen bleibt die Kirchen Confession/bey der bleiben wir auch. In der Antwort auf die aufrichtige Übereinstimmung Part. II. p. 45, 46.

XLVII. Dubia, quibus alii hic vexantur forte haec sunt: Sola incredulitas damnat, quae actualem & morosam resistantiam infert? Resp. etiam P. O. ceu positivi simul quidpiam, repugnantiam omnino infert, quae, nisi medio quodam auferatur, quod hic ad mitti nequit, omnino damnat. Phrasis Theologorum, qua morosam repugnantiam exponunt, de iis capienda est, qui post repugnantiam originalem ablatae, tamen amplius gratiae resistunt. *Incredulitas sive naturalis, sive affectitia damnat. Rom. XI. 32.*

Kromayer. inquit LL. Anti-Syneret. p. 135. Misericordiam Dei urges & meritum Christi? Resp. illa est ordinata, & hoc vult fide apprehendi & applicari. Privatio non damnat? Respond. quod Canon non sit absolute universalis, quia adultiores Gentiles plurimi, ignorantes scilicet baptismum, etiam non contemnunt; E. de Christianis tantummodo valebit. *Infantes Gentilium damnantur propter incredulitatem & contentum (potentialem innuir) non propter contentum solum, Affelmannus ait. Append. Disp. p. 308.*

Rationes contrariae Borrei, tantae non sunt, quanti eas Arminius fecit. Prima partim supra refutata est, cum misericordia Dei obiiceretur, partim supponit, quasi infantes non transgredierentur foedus. Secunda perperam colligit ab Adamo, mediis instructo, ad alios, qui iisdem defituuntur.

Tertia lapsum nostrum in Adamo extenuat vid. Opp. p. 123.

Niniviticos infantes gentilibus oriundos parentibus Deus gratia & misericordia amplexus est? Resp. Multi inter pretum sunt, qui per ignorantem dextram & sinistram non praecise infantes, sed multitudinem quoque ignaram in-

*Sola incredulitas damnat,*

*Misericordia Dei summa,*

*& meritum Christi uni-*

*versale est,*

*Respond.*

*Privatio non*

*damnat,*

*Respond.*

*Tres ratio-*

*nies Borrei,*

*Respond.*

*Infantes Ni-*

*nivitici ser-*

*vantur,*

*Respond.*

telligunt vid. Lutber. T. II. Altenb. p. 376. & Quensted. Syst. P. IV. p. 154. At enim, sit ita, infantes intelligi, saltem illi non, ut infidelium infantes erunt considerandi. vid. Ion. III. 5. 6. 7. 8. 9. 10. quod Danbauerus vel ipse, bene sperans alias, diffiteri nequit, quando poenitentiam iisdem attribuit Hodo.

*Citro eupam p. 1002.* Sed cur durum admodum subirent iudicium infantes, qui in culpa non sunt, qui ex Parentibus maioribusque incredulis nascantur. Resp. sufficit P.O. quod eos, cum non expiatur, damnationi tradit. Ut posteri Adami imaginem sic erant accepturi, ut hodie pravitatem accipiunt:

sic etiam se res eum Evangelio habet, si maiores id servant, amplectuntur & posteri illud, si amittunt, amittunt & succedentes. Sunt illi, Hoepfnerus ait, *qui verbum Dei negligenter maiorum amissum, plane non habent vel adulii vel infantes, qui omnes iuste damnantur.* vid. seqq. Loc. XXIX. p. 425. vid. pl. ap. Hunn. de Sacram. p. 230. Baldwin. l. 2. p. 101. Abundantisimas gratiae suae divitias exhibere omnibus Deus minime tenetur. Abstrusa insuper Dei iudicia hic lubentissime veneramus, imo si Patri τῶν ὀντίουν*ius benefaciendi pecuniale & extraordinarium valde tribuere velis, nec nobis, nec thesi nostrae, supra expressae, contrarius eris,* vid. de vocatione Gentil. Infant. pl. ap. Meisnerum in Anthrop. Dec. II. Disp.

*Infantes gentilium sunt mediate foederati,* *Resp.* 13. 21. p. 112. seqq. Pergis sunt tamen infidelium infantes mediate foederati, ob maiores eorum, qui crediderunt; Deus vero benefacit usque ad millesimam generationem, quae sententia Iunii supra allegati & recentioris Reformati est. Resp. si hoc argumentum de electione & beneficiis spiritualibus semper valeret, electorum numerus haud dubie maior, quam reprobatorum foret; poena enim usque in tertiam generationem & quartam saltem insecurum se minatur DEVS. Ut E. hic non sequitur, impiorum filios usque in tertiam & quartram generationem esse omnes damnandos, sic nec valebit hic de electis. vid. ex instituto Feurborn. de filiorum poenis ob parentum suorum flagi-

*flagitia. Fascic. II. Disp. V. Opp. p. 248. 263.* In infantibus ve- *Infantes apud*  
*ro apud nos non baptizatis gratia extraordinaria admitti- nos non bapti-*  
*& singularis, quidni & apud illos a<sup>l</sup>Ca<sup>r</sup>o<sup>t</sup>1585? Resp. Di- zati solvan-*  
*scrimen maximum intercedit, de quo deinceps. Preces tur*  
*hic Parentum valent & Ecclesiae. Ius proximum ad rem*  
*datur iis, qui ex fidelibus nascuntur, cuius eos excidere*  
*fructu in casu, a se immisso, DEVS non patietur. Simi-*  
*le petit a foro civili Holzhusius, ubi civium infantes haere-*  
*des censerentur, licet per aetatem nec haereditatem in-*  
*telligent, nec conditionem annexam praestare possent*  
*de Praedestin. &c. p. 183. Conf. Dn. Deutschmann. Tr. cit. II.*

p. 47. §. 5.

LIX. Ad locum Pauli 1. Cor. V. 12. cum plurimi con- *De loco 1. Cor.*  
*fugiant, & ērēxer, quod tutissimum iis videtur, siuum de- *V. 12. de-*  
*fendant, non incongruum erit, ad illum quaedam, ea, qua- *rois ērēxer,***

*fas est, modestia annotare. Balduinus ex scopo Pauli di-*  
*lum explicat de conversatione cum Gentilibus in gene-*  
*re, & sic respondere ait Apostolum exceptioni, qua Co-*  
*rinthii dixissent, omnium sceleratorum commercium, in*  
*Civitate, ubi Gentilibus admixti erant, fugere se non pos-*  
*se, ut doceret saltem, se velle, ne cum sceleratis Christianis,*  
*qui quoad vitam Ethnicis saepe peiores essent, misceren-*  
*tur. Cas. Conf. L. IV. c. 8. cas. 8. p. 802. Aperte magis Hulse-*  
*mannus: Si textum Apostoli proprius inspicimus, non loquitur *Hulsemanni,**

*de inconvenientia iudicii circa aeternam salutem aut perditio-*  
*nem Gentilium infantum praeципue, sed de fugienda conver-*  
*satione cum Gentilibus &c. Prael. in F. C. p. 369. §. 7. Nec Ca-*  
*lovius diffitetur, de iudicio excommunicacionis locum accipi-*  
*endum esse. Comment. ad 1. Cor. V. 12. p. 298. Accurate hoc ob-*  
*servavit & perinde iudicavit de loco Tarnovius, quod male*  
*habet Scherzerum in Brev. Hulsem. 1038. vocato simul in sub-*  
*sidium loco 1. Cor. XVI. 21. Comment. in Io. III. P. I. Q. V. Obi.*  
*265. Hunni, Waltheri, Hutteri, aliorumque eadem est senten-*  
*tia, non quodlibet iudicium, sed tantum excommunica-*  
*tionum,*

tivum, textum longius removere. Quomodo vero ad Gentiles excommunicatio? Interpretē Theophylacto Apostoli mens est, qui foris sunt, extrameas ipsi leges sunt; Supervacaneum igitur fuerit, legem sancire iis, qui extra Christi regiam & aulam agunt. vid. Baldwin. Comm. in b. l. p. 348. Pro Nobis illo non ipse, de salute infantum Gentilium concipienda sane parum hic locus faciet, generalis nimis est assertio, quae cur ad infantes speciatim, non vero ad omnes Gentiles, adulitos quoque accommodari nequeat, non video; Iam vero adultos, & bene de infantibus alias sperantes damnant.

*Quod exemplis Theologorum discimus, ad ἐποχὴν ex hoc loco confugerunt, deinceps tamen vel damnent vel absolvant infantes, vid. Baldwin. Comment. in Quin potius nostrae sententiae favet, b. l. p. 349. Calovius l. c. Danhauer. Phoen. X. p. 729.* Ut de eo non dicam, in contrarium potius hunc locum valere, cum sensus sit Apostoli: Scortatores vos iudicabit Deus, severioris quippe irae & indignationis iudicio, Rom. II. 8. 9. vid. Fecht. Disp. cit. §. 77. Ex Gesuero annotat Tarnovius, quod dum relinquenter infantes iudicio Dei, statuerint, eos salvari non posse, nisi diceremus, aliud esse DEI iudicium, quam quod est in Scripturis revelatum. in Comm. ad III. Ioh. p. 265.

*Peccatum originale non exceptum datum, quod contra,* XLIX. Plurimi ex dissentientibus, & iis quidem, qui extra veram Ecclesiam vivunt, dum nobis contrarii sunt, peccatum originale nimium extenuant, hinc de eius atrocitate haud dubie hic quedam afferenda erunt. Ob peccatum originale neminem damnari posse, afferit aperte

*Episcopium, Episcop. Opp. T. II. P. II. p. 153. n. 87. vid. pag. 308. n. 94. it. 309. n. 98. 310. n. 201. it. 315. n. 119. Borreus* itidem hoc tendit *apud*

*Armin.*

*Arminium Opp. p. 123. vid. ipse quoque Arminius l. c. p. 148. S. 3.*

*Socinianos, vid. Apolog. c. 7. de Socinianis vid. Schenzeri Colleg. Anti-Soc.*

*Calvin.*

*p. 316. 335. scqq. Quae Calvinianis mens sit, vel sola hypo-*

*thesis de sanctitate infantum ante baptismum ostendat, vid.*

*Pontific. &c. Meissner. Ambrop. Dec. I. Disp. V. p. 119. De Pontificiis aliisque vid.*

vid, ibidem plura. *Est itaque peccatum originis ex se & natura sua omnino moris meritorum & damnable Rom. VII. 10. Probatur. 11. 12. 13. 14. Ephes. I. 3. Koenigii thesis est, Theol. Posit. p. 83, Rom. VII. &c. Omne peccatum est avocatio. Iob. III. 4. Iam vero qui de linquit in minimis, reus est totius legis & damnationi adeo ebnoxius Iac. II. 10. Diserte C. A. confirmat: Peccatum originale damna & affere nunc quoque aeternam mortem his, qui non renascuntur per baptismum & Spiritum S. Art. II. p. 10. vid. Calov. in Harmon. p. 918. seqq. Mors dominatur etiam in eos, qui non peccarunt ad similitudinem transgressionis Adae Rom. V. v. 14. Sed moris nomine, verba Kromayeri sunt, Gen. II. 17. In comminatione divina non mors tantum temporalis, verum etiam aeterna venit, & nisi Christi meritum interveniat, mors temporalis maledictionem adiunctam habet, & aeternae damnationis vestibulum evadit. LL. Anti-Syncret. p. 135. Peccato originali infecti, sunt immundi, nil autem immundi intrabit in Hierosolymam coelestem Apoc. XXI, 26. Non potest vero non esse cum diabolo, qui non est cum Christo. Aug. inquit, L. I. de Peccato Merit. c. 28. Peccatum ab Adamo acceptum vergit eis uirginea in omnes homines Rom. V. 18. vid. Brochmand. Synt. P. I. 182. seqq. Chemnit. E. C. T. P. I. p. 243. seqq. Gerb. Conf. Catb. 1407. seqq. Scherzerus in Anni - Bellarmino p. 659. seqq. Rationes singulares dabit Meisnerus in Anthrop. Dec. I. p. 144. seqq. Feurborn. Fas. II. Disp. 7. p. 295. seqq. 305. §. 31. Dispp. Giessl. T. II. p. 456. seqq. it. p. 390. seqq. 404. seqq. Cru- delem sententiam nostram non esse, evincit Hulseman. Bre- viar. Ext. p. 289. seqq. si cum arminio aliisque urgeas, Pecca- tum originale esse poenam peccati, Ergo non peccatum, Opp. p. 148. §. 3. Respondebit Gerhardus: Poenae simul & pecca- tum O- ta sunt praui concupiscentiae motus &c. LL. T. II. p. 670. & du- riginale poena dum Augustinus coecitatis exemplo, quae in cordibus no- & peccatum stris, fidem afferto fecit & deinde subiungit: Concupiscentia, & simul, aduersus quam bonus concupiscit spiritus, & peccatum est, quia inest ei obedientia contra dominatum mentis & poena peccati,*

quia reddit a est meritis inobedientiae L. V. contr. Julianum. c. 3.  
 Non est absurdum, Hulsemannus definit, poenam simul esse  
 culpam, qui indurationis exemplo, Remonstrantes deinceps vehementissime stringit, de Aux. Grat. p. 73. §. 2. At  
 enim quid de sententia nonnullorum Theologorum fiet,  
 qui purant, Peccatum originale non esse adaequatam damnationis causam. Explicat sic mentem contra Crocium Menzerus, vid. T. V. Opp. p. 951. Scherzerus eadem habet, qui ad aliorum simul provocat consensum Syst. Loc. 7. p. 109. seqq.  
 Resp. suse hi Theologi omnes alibi thesin hanc nostram comprobarunt. Per Phrasin adhibitam nihil aliud volunt, quam quia saltem peccatum originale non in omnibus subiectis, ceu causa proxima, damnat, Incredulitatem potius allegandam esse, vi damnandi Peccato originali minime ademta, quod ex Menzeri integra illa disquisitione patet. Alius proinde longe his animus est, quam qui Irenicus quondam, inter quos Calixtus inter peccatum agere & habere vid. de Bono perfecte 5. p. 08. it. in exercit. de Peccato Origin. Latermannus inter causam damnationis sufficientem & adaequatam Disp. de Praedest. hab. 1646. §. 23. distinguebat, eo sc. fine, ut de Peccato Originali mitius, quam par erat, sentirent.

*De infantibus Haereticorum,*

L. Difficilior paulo est de infantibus Haereticorum quaestio, loquemur vero de iis, quos palam haereticos vocamus, quique vel prorsus non, vel baptismo in substantialibus deficiente, baptizantur. Aliquot rationibus Gerhardus probavit, eos, quos parentes in haeresi educatiuros dicerent, nulla ratione baptizandos esse, quia sic pari passu ambularent cum infantibus infidelium; quia haeresi, ut operi diaboli renunciandum in baptismo esset &c. vid. L. L. T. IV. p. 177. §. 200. quam igitur, ex rigore iudicans, iis attribues salutem, quibus ne quidem baptismum conferendum esse statuis? Axiomata Forbesiana pro salute infantum haereticorum nobis non adeo sunt contraria, quia in contro-

ver-

versiae statu disfidemus, vid, *Instruet. Hist. Theol. LX.c. 10. p. 518. §. 28. seqq. ir. p. 519.* De *Socinianorum speciatim infantibus*, si quaebras, fatemur, misericordiam eorum vix mitiorem, quam quae Gentilium infantum est, videri. Ponas, Socinianos, dum filium non habent, nec Patrem habere, *I. Joh. II. v. 23. non esse Christi, quia Spiritum eius non habent. Rom. II. 9.* vid. *Voetius P. I. Disp. 490.* Ponas, baptismum Socinianorum deficere in substantialibus, Socinianos item pro Christianis non esse agnoscendos, qui sc. Christum in carne exhibitum non agnoscent, ipsumque θεον & redemptorem generis humani non appellant, alia lubens mitto: Quanto, quaeſo, intervallo a Gentilibus distabunt? Olearius, cum fatetur primum, *Socinianorum infantes pari passu ambulare cum infantibus τῶν ἔχων, sive hominum extra pomoeria Ecclesie constitutorum, nil amplius agit, quam ut, uti & de infantibus Gentilium, sic etiam de Socinianorum, bene saltem speret, quod per nos facile fiat, quibus de spe fermo nunquam hucusque fuit. vid. in Disp. An Socinianus apud suos baptizatus & ad nostram Ecclesiam veniens, sit baptizandus?* c. 3. Dub. 8. p. 59. & alibi pasim.

LI. Secus omnino mitiusque de infantibus ex im- *De infantibus ex impuro concubitu natis*  
puro concubitu natis, contra rigidiores quosdam existi- *Non sunt pro Hunnum, dubitationes existent. Siquidem, licet de sua quis- reprobis ba- que matre bene speraret, quod non secesset esset viros alienos: bendi, tamen in re tanta, quae salutem perpetuam concerneret, fieri non posset, quin de servata fide coningali Parentum, deque sui legitima conceptione ac nativitate conscientiis anxiis & perturbatis scrupuli a Satana iniicerentur, de Sacramento. c. XI. p. 236. Iephtha ex thoro illegitimo natus, fidelibus accenseretur Hebr. XI, 32. de filii sui, ex adulterio nati salute minime omnium dubitat David 2. Sam. XII. 25. Durior sententia ab auctore Libri Sap. c. III. v. 18. lata, dudum in causa fuit, quod libris*

Ibris ideo Apocryphis annumeretur, vid. Hoepfner. *LL.*  
*Loc. III. p. 91.* quamvis *Hannius* aliisque sententiam illam in-  
 definitam pro particulari habeant *i.e.* Perinde sic sentit *Fuer-  
 born. Fas. Disp. V. p. 256. §. 66.* Praerogativa liberorum ex  
 Christianis parentibus natorum non nititur probitate pa-  
 rentum, sed illo *Gen. XVII. v. 7.* foedus violatum licet ab  
 impiis Parentibus, firmum tamen a parte Dei manet. Haec  
 adeo tenenda erant contra *Johannem Knoxium*, qui ad Io-  
 hannem *Calvinum*, recte in hoc capite sentientem, prescri-  
 psit: *Significate, quae sit vestra de subscriptis articulis sen-  
 tentiis 1) An ad baptismum admitti debeant spuri idolorrarum &  
 excommunicatorum filii, priusquam vel parentes per respicen-  
 tiam sese subdiderint Ecclesiae, vel ii, qui ex huiusmodi pro-  
 gnati sunt, baptismum perere possint. 2) Virum monachis &c.  
 &c.* Haec, quia nego, plus aequo severus iudicor, vid. *Ep.  
 Calvin. p. 516. seqq.* Si provocet ad Locum *Deut. XXIX. 18.*  
 ubi dicitur *male dictum fore fructum ventris improborum.* Resp.  
 Si haec absolute accipienda sunt, actum erit de salute o-  
 mnium infantum ex impiis prognatorum, quid ergo de  
*Abia*, filio Ieroboami, *Hiskia*, Achabi, *Iosia* Ammonis fi-  
 lio &c. fiet? vides ergo conditiones esse admitterandas, vi-  
 quarum vel filii in malitia pergentes, vel poenae saltem tem-  
 porales supponuntur. Instas: *De scoto natus prohibetur  
 ingredi Ecclesiam Domini, in decima quoque generatione. Deut.  
 XXIII. 2.* Resp. Ingredi in Ecclesiam cit. loc. non est, in-  
 teresse publicis sacris & Ecclesiae membrum esse, sed sal-  
 tem publico in Ecclesia & Politia officio fungi. Singula-  
 rissimum Iephthae exemplum & planie extraordinariorum  
 regulae veritatem minime evertit. Sic *cit. loc. v. 1.* Eunuchi,  
 it. *v. 4.* Moabitae in Ecclesiam ingredi prohibentur.  
 Iam vero illi a salute minime excluduntur, vid. *Ef. LVI. 4.*  
 Ex his vero *Ruth Moabitis* prorsus in Genealogia Christi re-  
 censetur *Matt. I. 5.* In officiis saltem publicis hi scandalo  
 sunt, cum eos indelebilis sequantur *davayevias* opprobria  
 καλος

*καὶ ὅς γὰρ παρόντος θησαυρὸς εὐγένεια Plutarchus inquit L. I.  
de educat. Puerorum: Erucum ideo fuggillat Tullius, quod non  
certo sit natus Patre, Orat. pro Rosc. Amerin. p. 29. Error ergo, cum  
Affelmanno concludimus, horum est, ex una Canonis Theologici  
ignoratione: Ingredi in Ecclesiam stylo scripturae est non statim  
membrum fieri Ecclesiae, sed publico in Ecclesia & Politia fungi  
officio. Synt. P. I. Disp. 27. p. 813. vid. Gerh. L. L. T. IV. p. 183. seqq.  
Feurbornius l.c. p. 256. §. 66. De infantibus excommunicato-  
rum & Antediluvianis disquirere adhuc animus erat, cum ve-  
ro ex haec tenus dictis facile iudicari de iis posit, ad alia potius antediluvianis  
pergemu. vid. tamen de Excommunicatorum parvulis Augu-  
stin. Epist. 75. & Forbesius in Irenico L. II. c. 15. de Antediluvianis  
Balduin. Cas. Consc. L. II. c. 3. p. 103. Hunnius Quæst. in Genes. c. 119.  
T. III. Opp. p. 1584 & qui haec tenus contra terminum perento-  
rium pugnarunt. Conf. etiam Franc. Gomari Iudicium de Artic  
Remonstrant. in Iudic. Provinc. p. 33. §. 7.*

LII. Patet ex haec tenus assertis, quantum sit bonum, quan- *Discrimen-*  
taque felicitas in gremio Ecclesiae considere ibique thesau- *quod datur*  
ris, divinitus concreditis, uti ac perfrui, quo usu cum destitu- *inter infantes*  
antur τῶν ἐξω infantes, operaे pretium erit, de discrimine Ecclesiam vi-  
infantum in & extra Ecclesiam viventium, quaedam comme- *entes.*  
morare. Insuper habere illud videtur in primis *Episcopius,*  
vel nimis saltēm incaute loqui. *Nec refert,* inquietus, *an in-*  
*fantes isti sint fidelium, an ethnicorum liberi.* *Infantium enim,* *Contra quos-*  
*qua infantium, innocentia est prorsus eadem,* *T. II. L. II. p. 153.* *id* *dubie ad-*  
*quod in Respons. ad spec. Calum. I. c. p. 310.* *denuo defendit,* *modum lo-*  
*Licet enim se explicare videatur l.c. p. 311. n. 102.* *tamen vel*  
*ideo audiendus non erat, quod ex hac assertione, non dari Spi-*  
*ritus S. operationem in infantibus, felicius evincere conetur*  
*l.c. p. 153.* *Quid de assertione non nemini habendum sit,*  
*qua modo assertit:* *Daher alle die Gründe welche den Christen*  
*Kindern das Heil zu erkennen / gelten auch vor die Kinder der*  
*Ungläubigen / ausgenommen den einigen von der Verheissung*  
*ein GOT unsers Saamens zu seyn / so denn von dem Ge-*  
beth

beth der Esteri rc. modo haec duo, quae adhuc obstat ipsi videbantur, eludere in sequentibus conatur; quid inquam, de his omnibus habendum sit, illud apud *Senorem nostrum* pie venerandum, in der Antwort auf die aufrichtige Übers

cinstimmung P. II. p. 40. videri potest. Discrimen illud non perperam inculcat scriptura, alii sunt *fili iusti*, quam qui ex-

*Ostenditur. ira, Ador. II. 39. III. 35.* alii sunt qui *foris*, alii qui *intus* sunt.

*1. Corinth. V. 12.* quidam *bospites Testamentorum promissionis*, quidam *cives sancti & domestici Epes.* II. 12-13-19. quidam *immundi*, quidam *santii* sunt *1. Corinth. VII. 14.* vid. Menzerus de Bapt. T. II. Opp. p. 828. num. 24. seqq. Aditus propinquus ad beneficia Ecclesiae haud dubie felicitas infantum in Ecclesia est, quo vel solo a Gentilium poterant distingvi. *In eo praerogativa est*, quod eiusmodi liberi (in Ecclesia) ad beneficia Ecclesiae ius & aditum habent, quod Gentilibus negatum est, nisi Dominus eos advocaverit Dunte Cas. Conse. p. 461. Immundi Apostolo Gentilium dicuntur infantes, ad quos non pertinet promissio divina, iuxta Gerhardum: *Ego Deus tuus & Deus semini tui*, ideoque non patet illis aequa ac Christianorum liberis aditus ad baptismum, sed oportet eos prius institui, ubi adoleverint ac fidem Christianam profiteri. L. L. T. IV. p. 171. Velut ex antiquitate Levitica loquitur hic Apostolus, cum ob immunditatem nonnulli extra castra Levitarum manere ad tempus iuberentur. vid. Menzer. T. III. Disp. Marpurg. Disp. XIV. §. 116. scilicet, si prorogativae testimonia penes fidelium infantes quaeras, dabit ea Meisnerus: *Duo sunt primariae privilegia 1.) quod omnes in Ecclesia natos attineat promissio foederalis (2) quod immediate ad Sacra menta & bona Ecclesiae admittantur*, vid. Anthrop. Dec. I. Disp. 7. p. 205. §. 28. Confer. Menzer. Defens. Col. A. C. T. I. Opp. p. 387. Nati recens infantes in Ecclesia iure quidem in re destituuntur, ius tamen omnino ad rem habent, quo satis a profanis distinguuntur. Menzer. loc. cit. p. 395. §. 8- vid. etiam. 388. §. 102. Es ist aber auch ein Stück der Göttlichen Ordnung / Dannhauerus ait, die Unterscheidung der Graden/ sin-

temal

temal nicht alle Menschen in gleicher Consideration stehen; Etliche sind nähere / etliche sind fernere; Nähe sind der Christen Kinder innerhalb der Christl. Kirchen / ferne der Heyden Kinder/ die draussen sind. *Ephes. II. v. 11. 12.* Jene sind äusserlich und kirchisch heilig/ und haben *ius ad rem*; Diese sind und heissen unrein. *Lac. Catech. T. IX. p. 643. seqq.* Est equidem inter eos, qui in *Vindicatur.*  
*Ecclesia Parentes sunt quaedam consuetudo, qua dicunt:*  
*Sie wollen einen jungen Heyden zum Christenthum bringen;*  
*At enim sic saltē respiciunt ad statum miseriae in genere*  
*& ad Peccatum originale, quia, dum absque fide nascuntur,*  
*in hoc gentilium omnino sunt simillimi; interim tamen prae-*  
*rogativa, qua ultra eorum sortem assurgunt, minime nega-*  
*tur, similitudo in quibusdam adeſt, non omnimoda conve-*  
*nientia vid. Dunte l. 5. p. 461.* Dicis vero: Promissionem  
*factam esse non tantum semini nostro, sed omnibus, qui longe*  
*sunt &c. i. e. gentilibus Ad. II. 39.* Si E. vi eius Christiano-  
*rum infantes non baptizati non pereant, Ergo nec gentili-  
um, & hinc cestare discrimin. Respondet Feurbornius di-*  
*stinguendo, inter gentes vocatas & vocationi obsecutas, &*  
*inter gentes non obsecutas; ad has spectant promissiones, at*  
*enim mediate, quod sufficit tantum ad constituendum dis-*  
*crimen, ad illas vero immediate, quae sic sc. privilegia fili-  
orum testamenti vere adipiscuntur. Fas. II. Diſp. 7. p. 333. §. 57.*

LIII. Ut melius intelligatur discrimin illud, Infantum fan- *Sanctitas in-*  
*ditas, qua gaudent, paucissimis adhuc explicanda venit. In-fantum,*  
*terna illa omnino non est & talis, ob quam infantes baptizandi non interna-*  
*non effent, ut DEI filii fiant, atque ob quam primus ad salutem*  
*aditus baptismus non effet, sed ipsa potius ex piis parentibus propa-*  
*gatio, de qua hypothesi Calvinianorum plura vid. apud Menz.*  
*I. II. Opp. p. 312. S. 11. it. p. 27. S. 4. it. 902. §. 197. Gerb. LL. T. IV.*  
*p. 1188. seqq. Quomodo Tertulliani illud: Fiant, non nascuntur*  
*Christiani, Apol. c. 17. varie eludent, vid. ap. Menzer. loc. cit. p.*  
*303. & Forbelium Inſtruct. Hisſt. Theol. LX. c. 10. p. 515. §. 14. Am-*  
*bigue ludunt foederalis sanctitatis nomine dissentientes, vid. lis. quaeritur.* *An foedera-*  
*Cal.*

*Calvin. L. IV. Instit. c. 16. sect. 24. Beza. Respons. act. ad Colloq. Mom-  
pelg. p. 102.* hinc distingunt inter sanctum esse ex foedere & ex  
*spiritu, vid. Forbes. loc. cit. 316. §. 21. 22. imo triplicem ideo idem*  
*sanctitatem admittit foederalem, sacramentalem & spiritualem l. c.*  
*p. 517. §. 23.* At enim dudum contra Appelium conquestus est  
*Menzerus,* terminum foederalis gratiae in hoc Capite non esse  
suum, sed Parei T. II. Opp. p. 803. §. 127. Gratia foederalis infantibus  
tribuitur vel ideo, quod iis per baptismum aditus ad foedus pateat, quo sensu admitti potest; at enim haec acceptio  
cum sententia Calvinianorum non facile stabit, qui asserunt,  
donum viae regiae, adoptionis, regenerationis & salutis per bapti-  
tismum infantibus non conferri, sed saltem obsignari; Vel  
ideo tribuitur, quod actu sint ante baptismum in DEI foedere,  
& sic absit, ut eiusmodi foederalem sanctitatem admittamus.  
vid. Gerh. l. c. p. 1193. seqq. Quareris vero, quomodo nam infantes dicantur sancti? Respondemus cum Hunnio: Non quod  
sanctitatem internam cordis & spiritus iam inde ex utero materno se-  
cum trahant: Sed latiore significatu appellantur sancti, quia censem-  
tur pro liberis in Ecclesianatis, quibus ianua pateat ad initiationis  
sacramentum. De Sacram. p. 223. Spectat huc locus Paulinus  
1. Cor. VII. 14. in quo explicando prolixo satis versatur Episcopus,  
vid. T. I. P. II. p. 61. Qu. LVI. Sanctitas haec illa est, qua nati  
in Ecclesia, sive ab utroque, sive ab alterutro Parente Christiano, licet vel olim etiam Parentes fuerint Gentiles, imo licet  
vel hypocritae sint, modo sint professione Christiani, habent  
ias & aditum propinquum ad baptismum; quo privilegio, qui  
extra Ecclesiam sunt, non gaudent, nisi vel Parentes eorum ad  
Ecclesiam accedant, vel ipsi adulciores facti, per auditum Evangelii  
convertantur, vid. Menzer. T. II. p. 689. §. 19. & p. 828. seqq.  
Sanctitas proinde haec non est interna, quod vidimus, nec tam  
enim etiam mere civilis, cum non spuri dentur quoque extra  
Ecclesiam, sed sensu, quo vidimus, Ecclesiastica, quae completi-  
tur segregationem a profanis gentibus, & generationem ex populo  
DEI, promissiones DEI varias spirituales & corporales habente, iux-  
ta Feurborn. Fas. II. disp. 7. p. 341. §. 61. Conf. Gerb, l. c. p. 1194.  
Pre-

Sed externa  
& Ecclesia-  
stica.

a. Cor. VII.

Preces Parentum, de quibus supra diximus, quibusque infans  
commendatur DEO, haud dubie simul prae Gentilium, illis  
praerogativam conciliant. Si hoc, quaeri forsan h. l. congrue  
simulque iucunde potest, numne, si mater gravida sacra utatur *An fructus S.  
coenae a mat-*  
Coena, huius simul fructus redunderet ad Embryonem, sub pe-  
tore materno adhuc delitescentem? In Confessione fidei tre gravida  
Aethiopicae Zago Zabo hanc Aethiopum fidem allegat: *infan-* sumptae, re-  
*tes Cbr̄istianarum mulierum sunt electi & consecrati ex corporis & adembryo-  
sanguinis Domini nostri Iesu Christi communicatione, nam foeminae nem?*  
gravidae, cum adjumunt corpus Domini nostri Iesu Christi, infans,  
capiens inde nutrimentum, sit sacratus. Mayer. in Museo p. 994.  
Imo solatii peculiaris causa, non diffitemur, in suggestu nostrates etiam  
huc alludere interdum. *Polycarpus Lyserus in Concione  
Funebri*, cui Titulus, *Luclus Primogeniti*, in Funere Ducis Saxo-  
niae, mature admodum defuncti, Anno 1606. d. 26. Jul. habita, sic  
loquitur: Wir thun auch die Vermahnung in unsren Kirchen  
hinzu / das fromme gottfurchtige Matronen / wenn sie fuhlen und  
vermercken / das sie der fromme Gott mit Leibesfrucht geseg-  
net habe / sich mit Andacht zum Tisch des Herrn finden / und  
also Fleisch thun sollen / damit nicht allein ihr Herz / sondern auch  
was sie unter demselben als ein verborgen Pfand tragen / mit dem  
Rosinfarben Blute Jesu Christi besprengt werde. It. Es sey  
auch die Furstl. Fr. Mutter / Zeit empfangenen Seegens von  
Gott mehr denn einmal des lebendigmachenden Fleisch und  
Blutes ihres Herrn und Seeligmachers Jesu Christi theil-  
haftig worden / dadurch auch das liebe junge Herrlein unter ih-  
rem Herzen angesprengt / und gleichsam mit dem rechten Weih-  
Wasser geheiligt und gereinigt / und also zum ewigen Leben sey  
initiatet worden. *I. c. p. 36.* quae verba in primis pro sanctitate  
infantum comprobanda urget *Massonius Anat. Univers. Tri-  
umph. P. III. c. XI. p. 188. b.* Sed enim, ita loquitur *B. Lyserus*  
in argumento consolatorio, non vero in thesi, in suggestu  
eoque insuper intentus, ut felicitatem infantum in Ecclesia  
ostendat, quibus sc. contingit, in utero earum ferri, qui-  
bus thesauri Ecclesiae patent, quaeque omnibus delicius divi-  
nis

nis reficiuntur. Alias enim omnino existimamus, uti infantes in utero, baptizata matre, non simul baptizantur, sic neque simul cum matre, ob conditiones subiecti accipientis requisitas, sacra perfruuntur Eucharistia. Non potest (foetus sc. qui geritur in utero, baptizatus cum matre esse simul) quilibet enim pro se & sua persona baptismum suscipit, non alter pro altero. Sicut in S. Coena, quilibet pro se (non pro aliis) accipit & manducat una cum pane benedicto corpus Christi, & bibit una cum calice benedicto sanguinem Christi. In usu enim sacramentorum applicatio fit ad singulos, candide sic rem eloquitur Menzerus T. II. Opp. p. 828.

*Sententia minor pro infantibus Gentilium,*

*Ex scientia DEI media, Hulsemanni,*

*Quenstedii, Argentoratensis, Hutteri, et in primis,*

LIV. Haec tenuis dura admodum de conditione Infantum Gentilium propugnata a nobis videtur sententia. Merito proinde adhuc sub finem quaerimus, numne mitior ea sententia forsitan admitti possit, qua statuunt, eorum saltem gentilium infantum salutem certo definiendam esse, quos DEVS, si adulti facti fuissent, scientia sua media credituros praevidisset. Est haec sententia *Hulsemanni*, quam firmius comprobat ex loco *Ap. XX. 12.* ubi etiam parvuli, cum illi, qui in flagrum ignis missi sunt, tum, qui vitam aeternam ingressi, indicantur ex libris secundum opera sua. At opera actu secundo existentia non habuerunt parvuli, quare relinquitur, parvulos habere opera existentia ex scientia DEI media, in *Breviar.* Extens. p. 2066, & 67. ita perinde existimat *Quenstedius Syst. de Vocab.* p. 474. §. 11. *Argentoratenses* item, in *Censura contra Latermannum* c. 13. *Hutterus* perinde huc digreditur vid. *Exeg. in F. C. Art. II. p. 1074.* Si inde in spe tua pro salute gentilium infantum firmorem te reddere velis, nil est, quod desideremus, cum contra bene sperantes, hic nullibi adeo insigniter disputemus; si vero hanc sententiam certam & in sacris indubitate demonstrata arbitris, heu quantum decipieris! De loco *Apoc. XX. 12.* supra iam tum vidimus, hinc vis argumenti cessat, saltem illud cum *Fechtio* noto, non sequi: Iudicati sunt secundum opera, E. quia nulla existebant actu, secundum opera futura, quin potius secundum opera non existentia, quae ex fide profecta,

fecta, habere utique debebant, quae vero non habebant, quod simili filii, quem pater rediens, otiosum inveniat, eleganter illustrat. Ipse ita loquitur : *Non sequitur, indicati sunt secundum opera, Ergo vel existentia vel exitura. Quin potius secundum non existentia hunc in modum : Quia supremus Index in his nullis omnino invenit opera, de fide testantia, quae habere utique debebant, ideo sententiam tulit, damnandos esse.* Quemadmodum Parens peregr profecturus, si ad filios suos diceret : *Redux domum opera vestra remunerabo ; dicto suo satisfaceret, si & in nihil agentem & ignavum debita poena animadverteret.* Praeterea, si DEVS, quoscumque media ipsis oblata non excussuros praevidit, salvatus est, neceesse est, neminem Gentilium infantum salute excludi, cum nemo eorum, si primum atque principalissimum salutis medium; quod per baptismum in infancia ei offerretur, id excussurus esset, *Theb. Polem. §. 30.* Addimus illud, si DEVS ex scientia media iudicat, cur non Tyriis Sidoniisque tribuit salutem, quorum tamen poenitentiam, si signa vidissent, praevidebat? *Matib. XI, 12.* Quicquid excipias, semper tamen manebit illud, ob fidem futuram, quam praescientia media praevidebat, DEVMI mitiori iudicio iudicare noluisse, id quod opinioni, de qua differimus, et diametro obstat. Caeterum ipsi Scherzero, haec Hulsemanni sententia videtur ea, cui subscribere statim non conveniat, quod ex formulis, quibus utitur observes, ubi, dum haec proponit, saltet auctoris mentem hanc esse ait, de assensu vero suo nihil quicquam subiungit. vid. Breviar. Emul. p. 1067. lit. D. Ipse Hulsemannus saltet haec ut probabilia proponit : *Quod per scientiam, quae dicitur media, illam ( Embryonum non-excussionem mediorum oblitorum ) praeviderit, i. e. sub hac conditione si servasset in vita superstites, obtulissetque illis ordinaria salutis media, cum non excussuros fuisse praevenientem illam gratiam &c.* PROBABLE est. l.c. p. 1066. Et quod accedit, in Posthumis sententiam pristinam velut emendavit, hic enim ita P. O. explicat : *Falsum est ob solum P. O. neminem ad poenam sensus condemnari : quanquam enim de Christianorum infantibus non baptizatis aliud iudicemus : De Gentilium tamen infantibus manet vera sententia Christi Iob. III v. ult. Ira Deiminet super ipsos p. 38.* Et iterum deinceps : *Non dissimilant orthodoxi scriptores, quantum ex sacris literis constet, nullam fore partem infantibus Gentilium in hereditate beatorum, in quem sensu verba A. C. satis evidenter sunt.* l.c. p. 369.

*Indicium charitativum,*

*Bene sperantium,*

*a nobis non repudiatur,*


*Interim tamen,*

*Neminem de re certum facere potest.*

LV. Quod restat, quaeritur adhuc illud, numne de rigore, ex quo haftenus iudicamus aliquid remitti posit, quando in iudicio quodam charitativo acquiesceremus? Agunt id omnes ii, qui bene sperantium numero continentur, quibusque semper in ore est: *dixi notanter ordinario & stricto iure, non enim negare ausim, DEVUM secundum sapientiam suam extraordinariam ipsis (infantibus) concedere posse gratiam, Scherz Anti-Bellarum. Disp. XV. p. 660.* Configuntur huc quoque, qui cum aliis fundamentum aliquod speci suae constitutre volunt, provocantes cum *Danbauero modo ad analogiam fidei, ex qua constaret, neminem' absolute reprobari, solam resistentiam actualem, mediis fidei adversam, damnare, cuiusmodi consummatio in illis infantibus non esset; modo ad exemplum infantum Ninivitarum, quos Deus ἐλέησον ὁ Θάλαττος respxisset &c. Hodoyph. Phoen. X. fol. 1000. seqq.* At enim hi & quotquot sunt alii perplures, tantum absit, ut nobis sint contraria, ut potius nos facile consentientes inventiant. Statim patet illud, cum quæstionis nostræ Caput & statum controversiae denuo repetemus, quod sc. saltum de eo, quorū ex sacris literis deducimur, quantumque ex voluntate revelata haurire liceat, locuti simus. Si quis praeter haec in iudicio quodam charitativo, provocans ad quidpiam valde extraordinarium, cuius in sacris nec promissio, nec exemplum, nec descripſio deprehenditur, acquiescere velit, per nos illud facilissime fieri, modo rationes, quas antea ex *Danbauero* vidi- mus, non pre iis, quae stringant, quibusque adeo perduceremur in as- fensum, habeantur, id quod supra cum ad singulas responderemus, ostenditum fuit. Digna sunt *Fechtii*, quae hic expendantur verba: *Nec est, quod cum non-nemine dicas, iuxta ordinarium quidem iudicium infidelitatē damna- re. Av. vero DEVS extraordinarie eorum velit misereri, quos iure damna- re posset, nihil revelatum est in verbo, ideoque nihil a nobis affirmari potest.* Nam scriptura dicendo: *Sine fide, quae noritiam Christi essentialiter involvit, impossibile est placere Deo Ebr. XI. 6.* Omnes eos damnationi actu adiudicantur, qui non credunt, cui divinae voluntati alias quandam extraordinariam, bujic revelatae contrariam, qua quosdam incredulos actu damnare nolit, fingere non licet. Si vero de absolute & extraordinaria, si ita loqui libet, potentia salvandi duntaxat sermo est, tum, quia non credentes infantes extra verbum & sacramenta fidem iis infundendo, salvare DEVS potest, ea- dem & posse adultos, supposito merito Christi, qua ratione nihil privilegii in- fantibus relinquitur, dubium esse non potest Tbes. Polem. §. 31. De senten- tia in sacris alibique definita dum quarebamus, iudicio charitativo, cui quippe ratio definita nulla inest, intenti adeo non fuimus. Canon veri- tatis (at & fidei) Kromayerus ait, indicat infallibiliter. Canon charitatis, quae sperat omnia, saltantem probabiliter. Scrutin. Relig. Access. Disp. V. p. 474. Quemlibet ergo huic tribuere quippiam, facile patiemur, modo agnoscatur, certi quippiam se non sperare, siueque huius iudicij charitativi ra- tiones praegnentes ex sacris depromere non posse.

*SOLI DEO GLORIA!*






01 A 6542

VD17 H 83.





14.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO,  
**FRIDERICO AVGUSTO,**  
ELECTORATVS SAXONICI HEREDE,  
DE  
**PRAEDESTINATIONE**  
**ET**  
**REPROBATIONE**  
**INFANTVM,**  
PRAESIDE  
**DN. IO. GEORGIO NEVMANNO,**  
SACRAE THEOL. D. EIVSDEM Q. PROF. PVBL.  
DVDVM CELEBERRIMO, ALVMNORVM EPHORO  
ET ACADEMIAE BIBLIOTHECARIO  
GRAVISSIMO,  
**DOMINO SVO, PRAECEPTORE AC PATRONO,**  
*SANCTISSIMA OBSEQUII LEGE COLENDO,*  
D. VI. MAII, A. CLO ICCC IV.  
IN AVDTORIO MAIORE  
DISSERET  
AVCTOR,  
**M. CHRISTOPHORVS HENRICVS**  
**ZEIBICH,**  
ORD. PHILOS. ADIVNCTVS.

VVITEMBERGAE, TYPIS CHRISTIANI GERDESIL.